ptum est eis. Dñm deũ tuũ
adorabis: ꝛ illi soli seruies.
Tũc reliquit eũ dyabolus: ꝛ
ecce angeli accesserũt ꝛ mi-
nistrabãt ei. Offa. Scapu-
lis suis obumbrabit tibi dñs ꝛ sub
pẽnis eius sperabis scuto circũda-
bit te veritas eius. Sec. Sacrifi
ciũ qdragesimalis inicij so-
lẽniter imolam⁹: te dñe de-
ꝑcantes vt cũ epularũ restri
ctiõe carnalium: a noxijs qꝫ
voluptatib⁹ tẽperemur. P
Scapulis suis obũbrabit Cõio.
tibi: ꝛ sub pẽnis eius sperabis: scu-
to circũdabit te veritas eius. Cõp.
Qui nos dñe sacramenti li-
batio scta restauret ꝛ a ve-
tustate purgatos: i misterij
salutaris faciat trãsire ꝯsor
cium. Per dñm. ¶ Feria ij.
post inuocauit. Oro.
Conuerte nos de⁹ salu
taris noster: ꝛ vt nob ieiuni
um qdragesimale proficiat
mẽtes nr̃as celestib⁹ istrue
disciplinis. P. Sec. Ac-
cepta tibi sit nostre deuoti-
onis oblatio: q ꝛ ieiunium
nostrũ te operãte sctificet: ꝛ
indulgentiã nob tue cõsola
tiõis obtineat. Per. Cõpl.
Salutaris tui dñe munere
saciati supplices te exoram⁹
vt cuius letamur gustu: re-
nouemur effectu. Per. Su
per ppl'm. Absolue qsum⁹
dñe nostrorũ vincula pctõrũ
vt qcqd ꝓ eis meremur ꝓ-
piciatus auerte. Per. ¶ Fe
Respice do ria iij. Oro
mine familiã tuã ꝛ ꝓ-
sta: vt apud te mẽs nr̃a tuo
desiderio fulgeat: que se car
nis maceratiõe castigat. P.
Oblatis qs̃ domi- Sec.
ne placare mũerib⁹: ꝛ a cũ-
ctis nos defende piclis. P.
Presta qs̃ ops de- Cõpl
us: vt illius salutaris capia
mus effectũ: cuius ꝑ hec mi
steria pign⁹ accepimus. P.
Ascẽdãt ad te Sup ppl'm
dñe ꝑces nostre: ꝛ ab eccle-
sia tua cũcta repelle neqciã
Per. ¶ Feria iiij. Oratio

P Reces nr̄as q̄s dñe cle
mentet exaudi: ⁊ cītra
cūcta nob aduersātia derte
rā tue maiestati extēde. P.
H ostias tibi dñe pla Sec
catiōis offerim⁹: vt ⁊ deli
cta nr̄a miserat⁹ absoluas:
et nutantia corda dirigas.
Per. Cōpl. T ui dñe pce
ptiōe sacramēti: ⁊ a nostris
mūdemur occultis: ⁊ ab ho
stiū liberemur isidijs. Per.
Sup ppl'm. M entes nr̄as
q̄s dñe lumine tue clarita
tis illustra: vt videre possi
mus q̄ agēda sunt: ⁊ q̄ recta
sunt agere valeamus. Per.
O ¶ Feria quinta Orō.
Mnipotēs sempiter
ne deus qui obseruatiōe ie
iunij: ⁊ in elemosinarū lar
gitione posuisti nostrorum
remedia peccatorum: con
cede nobis mēte ⁊ corpe sp
tibi esse deuotos. P. Sec.
S acrificia dñe q̄s ꝓpici⁹
ista nos saluēt: que medicia
libus sunt īstituta ieiunijs.

Per. Compl. T uorū nos
dñe largitate donorū ⁊ tē
poralib⁹ attolle p̄sidijs: ⁊ re
noua sempiternis. P. Su
per populū. D a q̄s dñe
populis christianis: ⁊ q̄ pro
fitentur agnoscere: ⁊ celeste
munus diligere qd̄ frequē
tāt. Per. ¶ Feria vj. Orō.
E sto dñe ꝓpicius ple
bi tue: ⁊ quā tibi facis
esse deuotā benigno refoue
miserat⁹ auxilio. P. Sec.
S uscipe q̄s dñe hostiam
nr̄is oblatā seruicijs: ⁊ tua
ꝓpicius dona letifica. Per
P er huius dñe opa Cōpl
tionē misterij ⁊ vicia nostra
purgētur: ⁊ iusta desideria
cōpleant. Per. Sup popu
lū. E xaudi nos misericors
deus: ⁊ mentibus nr̄is gra
tie tue lumen infunde. Per
P ¶ Sabbato Oratio.
Opulū tuum q̄s dñe
ꝓpici⁹ respice atq₃ ab eo fla
gella tue iracūdie clemēter
auerte. P. Sec. P resen

tibus sacrificijs q̄s dñe te
iunia nr̄a sctificat: vt qđ obs̄
uantia nostra pfitet̄ extrinse
cus interius operetur effect⁹.
Per. Cōpl. Sctificatiōib⁹
tuis oñs deus: ⁊ vicia nr̄a
curent̄: ⁊ remedia nobis eter
na pueniant. Per Sup po
pulū. Ab oib⁹ nos q̄s do
mine pctis ppiciat⁹ absolue
vt pcepta venia pctōꝝ: libe
ris tibi mētibus seruiamus
Per. ¶ Dñica ij. in q̄dragesima.

Reminiscere miseratio
nū tuarum dñe ⁊ misc̄ōie
tue q̄ a seculo sunt ne vnq̄ dn̄ent̄
nobis inimici nostri libera nos deus
isrl̄ ex oībus angustijs nr̄is. Ps.
Ad te dñe leuaui animā meā deus
meus i te cōfido nō erubescā. Gl̄ia.

Orō. Deus q̄ cōspicis
oīni nos virtute desti
tui: iterius exteriusq̄ custo
di: vt ⁊ ab oībus aduersita
tibus muniamur i corpe: ⁊ a
prauis cogitatiōbus mun
demur in mēte. Per. Lctō
epl'e btī pauli apl'i. j. ad thessalonicē. iiij

Fratres
Rogamus vos ⁊ obse
cramus in dño iesu: vt que
admodū accepistis a nobis
quō vos oporteat ambula
re ⁊ placere deo: sic ⁊ ambu
letis vt abundetis magis.
Scitis eñi q̄ pcepta dederiꝫ
vobis p dnm iesum. Hec ē
eñi voluntas dei sctificatio
vr̄a vt abstineatis vos a for
nicatione: vt sciat vnusq̄sq̄
vestrū vas suū possidere in
sanctificatiōe ⁊ honore: nō
in passione desiderij sicut ⁊
gētes q̄ ignorāt deū. Et ne
quis supgrediat̄: neq̄ circū
ueniat in negotio fratrē suū
q̄m vindex est dñs de his oī
bus sicut pdiximus vob: ⁊
testificati sum⁹. Nō eñi vo
cauit nos deus in imūdici
ciam: sed in sctificatiōnē. In
chrō iesu dño nostro. Gr.
Tribulationes cordis mei dilata
te sunt de necessitatibus meis eripe
me dñe. V. Vide hūilitatē meam ⁊
laborē meū ⁊ dimitte omnia peccata

mea. Tract⁹ Dixit dns mulieri chananee nō est bonū sumere panē filiorū ⁊ mittere canibus ad manducandū. ℣. At illa dixit vtiqȝ domine naȝ ⁊ catelli edūt de micis que cadūt de mēsa dnorū suorū. ℣. Ait illi iesus: o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut petisti. Scdm. Matheū xv

In illo tēpore. Egressus ies⁹ secessit in partes tiri ⁊ sidonis et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa: clamabat dicēs ei: Miserere mei dne fili dauid: filia mea male a dmōio vexat. Qui nō rñdit ei vbū. Et accedētes discipuli eius: rogabāt eū dicētes. Dimitte eaȝ: qȝ clamat post nos. Ipse aūt rñdens ait. Non sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domus isrl. At illa venit ⁊ adorauit eū dicēs: Dne adiuua me. Qui rñdens ait. Nō est bonū sumere panē filiorū: ⁊ mittere canib⁹. At illa dixit. Etiam dne. Nā ⁊ catelli edūt d micis que cadūt de mēsa dnorum suorū. Tūc rñdens ies⁹ ait illi. O mulier magna ē fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ei⁹ ex illa hora. Offr. Meditabar in mādatis tuis que dilexi valde ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua q̄ dilexi. Sec. Sacrificijs p̄sentibus dne qs intēde placat⁹: vt ⁊ deuotiōi nostre pficiant ⁊ saluti. Per. Cōio.

Intellige clamorē meum intende voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus: qm ad te orabo dne. Cōpl.

Supplices te rogam⁹ ops de⁹ vt q̄s tuis reficis sacramētis tibi etiā placitis morib⁹ dignāter deseruire cōcedas. Per. ¶ Feria ij. post Re. (remiscere. Oro.

Presta qs ops deus: vt familia tua q̄ se affligendo carne ab alimētis abstinet: sectādo iusticiā a culpa ieiunet. P. Secr. Hec hostia qs dne placatiōis ⁊ laudis tua nos ppiciatiōe dig-

nos efficiat. Per. Cōplēda
Hec nos cōmunio q̄s do
mine purget a crimīe: ⁊ ce-
lestis remedij faciat esse cō-
sortes. Per. Sup populū.
Adesto supplicatiōib⁹ no-
stris oīps de⁹: ⁊ q̄bus fidu-
ciam sperādē pietatis īdul
ges: cōsuete miscōie tribue
benign⁹ effectū. Per. ¶ Fe
Perfice q̄s ria.iij. Orō
dñe benignus in nobis
obseruātie sctē subsidiū: vt q̄
te auctore faciēda cognoui
mus te operāte ipleam⁹. P.
Sctificationē tuā no- Sec
bis dñe his misterijs placa
tus opare: q̄ nos ⁊ a terre-
nis purget vicijs: ⁊ ad cele-
stia dōa pducat. P. Cōpl.
Ut sacr. dñe reddamur di
gni mūerib⁹: fac nos q̄s tu-
is sp̄ obedire mādat. Per.
Sup populū. Presta q̄s
dñe pplo tuo ꝯsolatiōis au-
xiliū: vt diuturn. calamita-
tibus laborantē ppitius re
spirare cōcede. P. ¶ Feria

Populū tuū iiij. Orō.
dñe ppitius respice: ⁊
q̄s ab escis carnalib⁹ pcipis
abstinere: a noxijs quoq; vi
cijs cessare ꝯcede. P. Sec.
Hostias dñe q̄s tibi offeri-
mus ppicius respice: ⁊ per
hec sctā cōmercia vincula
pctōꝝ nostroꝝ absolue. P.
Sūptis dñe sacramē Cōpl
tis ad redētiōis eterne q̄s
pficiamus augmētū. Per.
Deus inocē- Sup populū
tie restitutor ⁊ amator cha-
ritat: dirige ad te tuoꝝ cor
da seruoꝝ: vt spūs tui feruo
re ꝯcepto: ⁊ in fide inueniāt
stabiles ⁊ in oīū ope effica-
ces. P. ¶ Feria v. Oratio.
Presta nobis q̄s dñe
auxiliū gratie tue: vt ie
iunijs ⁊ oratiōibus ꝯuenie
ter intenti liberemur ab ho
stibus mētis ⁊ corpis. Per
Accepta tibi sit dñe Sec.
q̄s nr̄a dona ieiunij: q̄ nos
expiādo tua gratia dignos
efficiāt: ⁊ ad sempiterna p-

missa pducant. Per. Cõpl.
Gratia tua q̄s nos domi
ne nõ derelinq̄t: que ꝛ sacre
nos deditos faciat huitutí:
et tuã nobis opez sp acq̄rat
Per. Sup popl'm. Adesto
dñe famulis tuis: ꝛ ppetuã
benignitatẽ largire poscẽti
bus: vt his qui te auctore ꝛ
gubernatore gloriant̃: ꝛ cõ
gregata restaures: ꝛ restau
rata ꝯserues. Per. ¶ Feria
vi. Oro.
O Presta q̄s oĩps
deus: vt sacro nos pu-
rificãte ieiunio: sinceris mẽ
tibus ad sancta vẽtura faci
as puenire. P. Secr. Hec
in nob sacrificia deus ꝛ acti
one pmaneãt: ꝛ opatiõe fir-
ment̃. P. Cõpl. Hac nos
dñe q̄s accepto pignore sa-
lutis eterne sic tẽdere ꝯgru
enter: vt ad ẽandẽ puenire
possimus. P. Sup populũ
Da q̄s dñe pplo tuo salu
tem mẽtis ꝛ corpis: vt bõis
opibus inherẽdo: tue sp v-
tutis mereat̃ ptectiõe defẽ
di. Per. ¶ Sabbato. Oro
O Presta q̄s dñe nr̃is effe-
ctũ ieiunijs salutarẽ:
vt castigatiõe carnĩ assũpta
ad nostraꝝ vegetationẽ trã
seat aĩarũ. P. Secr. His
sacrificijs dñe ꝯcede placa
tus: vt q̄ pprijs oram⁹ ab-
solui delictis nõ grauemur
externis. P. Cõpl. Sacra-
menti tui dñe diuĩa libatio
penetralia nostri cordis in-
fundat: ꝛ sui nos participes
potẽter efficiat. Per. Sup
populũ. Familiã tuã q̄s
dñe ꝯtinua pietate custodi:
vt que ĩ sola spe gratie cele
stis innitit̃: celesti etiã ptẽ-
ctiõe muniat̃. Per. ¶ Dñi-
ca. iiij. in q̄dragesima.
O Culi mei sp ad dñm: q: ipse
euellet de laqueo pedes meos res-
pice in me ꝛ miserere mei: q̄m vni-
cus ꝛ pauper sum ego. Ps. Ad te
dñe leuaui animã meam deus meus
in te cõfido nõ erubescam. Gloria.
Oro
Q Uesum⁹ oĩps de-
us vota humiliũ respi

ce: atq3 ad defensionem nostrã dexterã tue maiestatis extẽde. Per. Lectõ epl'e btĩ pauli apl'i. Ad ephesios v.

FRatres. Estote imitatores dei sicut filij charissimi ⁊ ambulate ĩ dilectione sicut ⁊ christus dilexit nos ⁊ tradidit semetipm ꝓ nob oblationẽ ⁊ hostiã deo in odorẽ suauitat;. Fornicatio aũt ⁊ ois immundicia: aut auaricia: nec nominet̃ ĩ vobis sicut decet sctõꝝ aut turpitudo: aut stultiloquiũ aut scurrilitas q̃ ad rẽ nõ ꝑtinet: sed mag' ꝑtiaꝝ actio. Hoc aũt scitote intelligentes q' ois fornicator: aut imũdus aut auar⁹: qđ ẽ ydoloꝝ seruituꝫ: nõ habet hereditatẽ in regno christi ⁊ dei. Nẽo vos seducat inanib⁹ vbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidẽtie. Nolite ergo effici ꝑticipes eoꝝ. Eratis enim aliqñ tenebre: nũc aũt lux ĩ dño: vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ eñi lucis est in omni bonitate ⁊ iusticia ⁊ vitate. Gr. Exurge dñe nõ ꝑualeat hõ iudicent̃ gentes in cõspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicũ meum retrorsũ infirmabuntur ⁊ peribunt a facie tua. Ad te leuaui ocl'os me. Tract⁹ os qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manibus dñoꝝ suorum. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. ℣. Ita ocl'i nr̃i ad dñm deũ nr̃m donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis dñe miserere nobis. Scdm Lucã xj.

IN illo tpe. Erat Jesus eijciẽs demonium: ⁊ illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demoniũ locut⁹ est mutus: ⁊ admirate sunt turbe. Quidã ãt ex eis dixerũt: In beelzebub ꝑncipe demoniorũ eijcit dmonia. Et alij tẽtãtes signũ de celo q̃rebant ab eo. Ipe ãt vt vidit cogitatiões eoꝝ dixit eis. Omñe regnũ in seipm diuisũ desolabit̃: ⁊ domus supra domũ

cadet. Si aũt ꝛ sathanas in seipm̃ diuis⁹ est: quõ stabit regnũ ipsius: q: dicitis in beelzebub eijcere me demõia Si aũt ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in q̃ eijciũt. Ideo ipi iudices vestri erũt. Porro si ĩ digitto dei eijcio demonia: ꝑfecto peruenit in vos regnũ dei. Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ: in pace sũt ea que possidet. Si ãt fortior eo superueniẽs vicerit eũ: vniuersa arma ei⁹ aufert in q̃b⁹ cõfidebat: ꝛ spolia eius distribuet. Qui nõ est mecũ ꝯtra me est. Et q̃ nõ colligit mecũ dispgit. Cũ immũd⁹ spiritus exierit ab hoĩe: ambulat p loca arida ꝛ ĩaquosa q̃rẽs requiẽ ꝛ nõ inueniẽs dicit. Reuertar ĩ domũ meam vnde exiui. et cũ venerit ĩueniet eã vacãtẽ scopis mũdatã ꝛ ornatã. Et tũc vadit et assumit septẽ alios spũs secũ nequores se: ꝛ ĩgressi habitant ibi. Et fiunt nouissĩa hoĩs illi⁹ peiora priorbus. Factũ est ãt cũ hec diceret: extollẽs vocẽ quedã mulier de turba dixit illi. Btũs venter q̃ te portauit: ꝛ vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimo. Bti q̃ aũdiũt ṽbũ dei et custodiunt illud. Offer.

Iusticie dñi recte letificãtes corda: ꝛ dulciora sup mel ꝛ fauũ: nam et seruus tu⁹ custodiet ea. Sec.

Suscipe dñe q̃s deuotorũ mũera famulorũ ꝛ diuis seruiẽtes misterijs tua pietate purifica q̃b⁹ etiã iustificas ignorãtes. Per. Cõio.

Passer inuenit sibi domũ ꝛ turtur nidũ vbi reponat pullos suos altaria tua dñe virtutũ rex me⁹ ꝛ de⁹ meus bti qui habitant in domo tua in seculũ seculi laudabunt te. Cõple.

A cũctis nos q̃ms dñe reatibus ꝛ piculis ꝓpiciat⁹ absolue: q̃s tãti misterij tribuis esse participes. Per. do.

O ¶ Feria ij. p⁹ Oculi. Ordib⁹ nostris Oio.

qm̄s dñe gratiā tuam benignus īfūde: vt sicut ab escis carnalib9 abstinem9: ita sensus quoq3 nr̄os a noxijs retrabam9 excessibus. Per d. Munus qd tibi dñe Sec. suitutꝭ nr̄e offerrim9: tu nobis salutare pfice sacramētū. Per. Cōpl. Presta q̄s ops̄ ꝛ misericors deus: vt q̄ ore ꝯtingim9: pura mēte capiamus. P. Sup populū. Subueniat nob dñe misericordia tua: vt ab īminētib9 pctōꝝ nostrorū piculis: te mereamur ꝓtegēte eripi: te liberāte saluari. P. ¶ Feria iij. Orō. Exaudi nos ops̄ ꝛ misericors de9: ꝛ ꝯtinētie salutaris ꝓpicius nob dona ꝯcede. P. Per hec veniat qm̄s Sec. dñe sacramēta nostre redēptiōis effectus: q̄ nos ꝛ ab būanis retrahat sp excessib9 et ad salutaria dona perducat. Per Cōplēda. Sacris dñe misterijs expiati: ꝛ veniam ꝯsequamur ꝛ gratiā. Per. Sup populum. Tua nos dñe ꝓtectiōe defende: et ab omni sp iniq̄tate custodi. Per. ¶ Feria iiij. Orō. Presta nob q̄s dñe vt salutarib9 ieiunijs eruditi: a noxijs q̄q3 vicijs abstinētes: ꝓpitiationē tuā facili9 ipetremus. Per. Sec. Suscipe qm̄s dñe pces populi tui cū oblatiōib9 hostiarū: ꝛ tua misteria celebrātes ab oīb9 nos defende piculis. P. Cōpl. Sanctificet nos qm̄s dñe q̄ pasti sumus mēse celestis libatio: ꝛ a cūctis erroꝛib9 expiatos: supnis ꝓmissiōibus reddat acceptos. Per. Sup populū. Concede qm̄s ops̄ deus: vt q̄ ꝓtectiōis tue gratiā q̄rimus: liberati a malis oībus secura tibi mente suiamus. Per. ¶ Feria v. Oratio. Concede qm̄s ops̄ de9 vt ieiunioꝝ nobis sctā deuotio ꝛ purificationē tri-

buat: et maiestati tue nos reddat acceptos. P. Sec.
Deus de cuius gratie rore descẽdit: vt ad misteria tua purificatis sensibus accedamus: p̄sta q̄s: vt in eoꝝ traditione solẽniter honorãda cõpetẽs sp̄ deferam' obsequiũ. Per. Cõpl. Sacramenti tui qm̄s dñe venerãda susceptio: ⁊ mistico nos mũdet effectu: ⁊ ꝑpetua v̓tute defendat. Per Super populũ. Defẽde dñe familiã tuã: ⁊ tibi toto corde ꝓstratã ab hostiũ tuere formidie: nec bõa tua difficulter ĩueniat ꝑ qua tibi scti tui ⁊ angelice supplicãt potestates. Per. ¶ Feria vj. Orõ.
Ieiunia nr̃a qm̄s domine benigno favore prosequere: vt sicut ab alimẽtis abstinem' in corꝑe: ita a vicijs ieiunem' in mẽte. Per.
Respice dñe ꝓpici' Sec. ad mũera q̄ sacram': vt ⁊ tibi g̃ta sint ⁊ nobis salutaria sp̄ existãt. Per. Cõpl. Huius nos dñe ꝑceptio sacramẽti mũdet a crimine: ⁊ ad celestia regna perducat. P
Sup populũ. Presta qm̄s ops deus: vt q̄ in tua ꝓtectione ↄfidimus cũcta nob̄ adversantia te adiuuãte vincamus. P. ¶ Sabbato orõ.
Presta qm̄s ops deus: vt q̄ se affligendo carnem ab alimẽtis abstinent: sectãdo iusticiã a culpa ieiunent. Per. Sec. Concede qm̄s ops deus: vt huius sacrificij mun' oblatũ fragilitatẽ nr̃am ab oĩ malo purget sp̄ ⁊ muniat. P. Cõpl.
Qm̄s ops deus vt inter ei' mẽbra nũeremur: cuius corpori cõmũicauim' ⁊ sanguini. Qui tecũ. Sup populũ.
Pretende dñe fidelib' tuis dexterã celesti auxilij: vt te toto corde ꝑquirãt: ⁊ q̄ digne postulãt ↄseq̄ mereãt. Per. ¶ Dñica iiij. in
Letare ir̃lm ⁊ conventũ. Cxl.

38

facite omnia qui diligitis eã: gaudete cũ leticia qui in tristicia fuistis vt exultetis et saciemini ab vberibus consolationis vr̃e. Ps̃ Letat⁹ sum in his que dicta sunt mihi: in domũ domini ibim⁹. Gl'ia. Or̃o.

Concede q̃s ops deus: vt q ex merito nr̃e actiõis affligimur tue gratie cõsolatiõe respirem⁹. Per.

Lectõ epistole bti pauli apl'i Ad Gallath. quarto.

Fratres. Scriptũ est quoniam abraã duos filios habuit: vnũ de ancilla et vnum de libera. Sed qui ð ãcilla scðm carnẽ natus est. Qui aũt de libera: p promissionem q̃ sunt per allegoriã dicta. Hec em̃ sunt duo testamẽta. Unũ quidẽ ĩ mõte sina in seruitutẽ generãs: q̃ ẽ agar. Syna em̃ mons est in arabia: q cõiunctus est ei: q̃ nũc est: ĩ irl'm: et fuit cũ filijs suis. Illa aũt q̃ sursum est irl'm libera est q̃ est mater nr̃a. Scriptũ est em̃ Letare sterilis q̃ nõ paris: erũpe et clama que nõ parturis: quia multi filij deserte magis q̃ʒ eius q̃ habet virũ. Nos ãt fratres scðm ysaac ꝓmissionis filij sum⁹. Sed quõ tũc is q scðm carnẽ nat⁹ fuerat ꝑsequebat̃ eũ q scðm spũm: ita et nũc. Sed qd dicit scriptura: Eijce ancillã et filiuʒ eius. Nõ em̃ erit heres fili⁹ ancille cũ filio libere. Itaqʒ fr̃es nõ sumus ãcille filij sed libere. Qua libertate chr̃s nos liberauit. Gr̃. Letat⁹ sum in his que dicta sunt mihi in domũ dñi ibimus. ℣. Fiat pax ĩ virtute tua et abundantia in turribus tuis. Tract⁹. Qui confidũt in dño sicut mons syon nõ cõmouebit̃ ineternum qui habitat in irl'm. ℣. Mõtes in circuitu eius et dñs in circuitu populi sui: ex hoc nũc et vsqʒ in seculũ. Scðm Iohãnẽ. vi.

In illo tp̃e: Abijt iesus trãs mare galilee qð ẽ tyberiadis. Et sequebat̃ eũ mĺtitudo magna quia vide

bant signa que faciebat sup
his q̄ ifirmabāt. Subijt er-
go in montē iesus ⁊ ibi sede
bat cū discipulis suis. Erat
aūt primū pasca dies festus
iudeorum. Cū sbleuasset ergo
oculos iesus ⁊ vidisset quia
ml'titudo maxima venit ad
eū dixit ad philippū: Un-
de emem⁹ panes vt mādu-
cēt hij? Hec aūt dicebat tē-
tās eū. Ipse aūt sciebat q̄d
esset facturus. Rn̄dit ei phi
lippus. Ducentorum denario
rum panes nō sufficiūt eis:
vt vnusq̄sq̄ modicū q̄d ac-
cipiat. Dixit ei vn⁹ ex disci-
pulis eius andreas frater sy
monis petri. Est puer vnus
hic q̄ habet q̄nq̄ panes or-
deaceos ⁊ duos pisces: sed
hec qd̄ sunt inter tātos. Di-
xit ergo iesus. Facite hōies
discūbere. Erat aūt fenum
multū in loco. Discubuerūt
ergo viri nūero q̄si q̄nq̄ mi
lia. Accepit ergo ies⁹ panes
⁊ cū gratias egisset distribu
it discūbētib⁹. Similiter et
ex piscib⁹ quantū volebant.
Ut aūt impleti sunt dixit di
scipulis suis. Colligite q̄ su-
perauerūt fragmēta ne pe-
reāt. Collegerūt ergo ⁊ im-
pleuerūt duodecim cophi-
nos fragmētorum ex q̄nq̄ pa-
nibus ordeaceis ⁊ duobus
piscibus q̄ sup̄fuerunt his q̄
māducauerāt. Illi ergo ho
mines cū vidissent qd̄ iesus
fecerat signū dicebāt. Quia
hic est vere p̄pheta q̄ vētu-
rus est i mūdū. Offer. L au
date dn̄m q: benign⁹ est psallite no-
mini eius qm̄ suauis est: omnia que
cūq̄ voluit fecit in celo ⁊ in terra.
S acrificijs p̄sentib⁹ Secr.
dn̄e q̄s intēde placat⁹: vt
⁊ deuotiōi nostre p̄ficiāt ⁊
saluti. Per. Cōio. H ierusa-
lem q̄ edificat' vt ciuitas: cuius par
ticipatio eius in idip̄m: illuc enim
ascēderūt trib⁹ tribus dn̄i: ad cōfitē-
dū nomini tuo dn̄e. Cōpl. D a
nob̄ misericors deus vt san
cta tua q̄b⁹ icessanter exple-

mur sinceris tractemus obsequijs ⁊ fideli mente sp̄ sumamus. P. ¶ Feria ij. post

P Resta (Letare Orō. q̄s oīps deus: vt obseruatiões sacras annua deuotione recolētes ⁊ corpe tibi placeam⁹ ⁊ mente. Per.

Oblatū tibi dn̄e sacrificiū viuificet nos sp̄ ⁊ muniat. Per. Sec. Cōplē. Sūptis dn̄e salutaribus sacramētis ad redēptiōis eterne quesumus pficiamus augmētū. Per. Sup populū. Depcationē nostrā q̄s dn̄e benignus exaudi: ⁊ q̄bus supplicādi p̄stas affectū tribue defensiōis auxiliū. Per ¶ Feria iij. Orō. Sacre nob̄ q̄s dn̄e obseruatiōis ieiunia: ⁊ pie ꝯuersatiōis augmentū ⁊ tue ppitiatiōis cōtinuū prestent auxilium. Per. Secr. Hec hostia q̄s dn̄e emūdet nr̄a delicta: ⁊ ad sacrificiū celebrādū subditoꝝ tibi corpa mētesq̄ scīficet. Per

Huius nos dn̄e pce- Cōpl. ptio sacramēti purget a crimine: ⁊ ad celestia regna pducat. Per. Sup populū. Miserere dn̄e populo tuo ⁊ cōtinuis tribulatiōib⁹ laborantē ppitius respirare concede. Per. ¶ Feria iiij. Deus q̄ ⁊ iustis p̄- Orō mia meritoꝝ ⁊ pctōribus p ieiuniū veniam p̄bes miserere supplicib⁹ tuis vt reatus nr̄i cōfessio indulgētiam valeat pcipere delictorū. Per. Sec. Supplices te rogamus omnipotēs deus: vt his sacrificijs peccata nr̄a mundentur quia tūc nobis veram tribuis mentis ⁊ corpis sanitatem. Per

Sacramēta q̄ sum- Cōpl. psimus dn̄e deus nr̄: ⁊ spūalibus nos repleāt alimētis et corpalib⁹ tueant auxilijs. Per. Sup poplū. Pateāt aures misc̄die tue dn̄e p̄cib⁹ supplicantiū: ⁊ vt petētibus desiderata ꝯcedas: fac eos

que tibi sunt placita postu-
lare. Per. ¶ Feria v. Oro.
P Resta qm̃s ops deus
vt salutaribus ieiuniis
eruditi: a noxijs etiā vicijs
abstinētes ꝓpiciationē tuā
facilius īpetrem⁹. P. Sec.
P urifica nos misericors de
us: vt ecclesie tue p̃ces q̃ ti-
bi grate sunt pia munera de
ferētes: fiāt expiatis menti-
bus g̃tiores. Per. Cōpleñ.
C elestia dona capiētib⁹ q̃-
sum⁹ dñe nō ad iudiciū ꝑ-
uenire paciaris: q̄ fidelibus
tuis ad remediū esse ꝓuidi-
sti. P. Sup ppl'm. P opu-
li tui deus īstitutor ꝛ rector
peccata quibus īpugnatᷣ ex
pelle: vt sp̄ tibi placit⁹ ꝛ tuo
munimine sit securus. Per.
D ¶ Feria vi. Oratio.
Eus q̄ ieffabilib⁹ mū-
dū renouas sacramētis: p̄-
sta qm̃s: vt ecclesiā tuam ꝛ
eternis ꝓficiat institutis: ꝛ
tēporalib⁹ nō destituatᷣ au-
xilijs. Per. Sec. M unera
nos dñe qm̃s oblata purifi-
cent: ꝛ te nob iugiter faciāt
esse placatum. Per Cōplē.
H ec nos qm̃s dñe ꝑticipa-
tio sacramēti ꝛ a ꝓprijs re-
atib⁹ indesinenter expediat
et ab oībus tueatᷣ aduersis.
Per. Sup populū. D a q̄s
ops deus: vt q̄ infirmitatis
nostre cōscij de tua virtute
cōfidim⁹ sub tua sp̄ ꝓtectio
ne gaudeam⁹. P. ¶ Sab-
F Jat dñe (bato Oro.
qm̃s per gratiam tuaz
fructuosus nostre deuotiōis
affectus: q: tūc nob ꝓderūt
suscepta ieiunia si tue sit pla
cita pietati. P. Sec. O b-
latiōibus nr̄is qm̃s dñe pla
care susceptis: ꝛ ad te nr̄as
etiā rebelles cōpelle ꝓpiti⁹
volūtates. Per do. Cōplē.
T ua nos qm̃s dñe sctā pu-
rificēt: ꝛ opatiōis sue reme-
dio tibi faciāt esse placatos.
P. Sup ppl'm. D e⁹ q̄ spe
rātibus in te misereri poti⁹
eligis q̄ȝ irasci: da nob dig-

40

ne flere mala q̄ fecimus: vt tue ꝯsolatiōis gratiā inuenire valeam⁹. Per ¶ Dn̄ica in passione dn̄i Int.

Iudica me deus ⁊ discerne causam meā de gente nō sancta ab homine iniquo ⁊ doloso eripe me: q: tu es deus meus ⁊ fortitudo mea. Ps. Emitte lucē tuam ⁊ veritatē tuā: ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montē sanctū tuum ⁊ in tabernacula tua. Gl'ia. nō dr Kirieleyson. de passione sine Et in terra. Clesumus Orō

Quesumus oms deus familiā tuā ꝓpitius respice: vt te largiente regat̄ in corpe: ⁊ te seruāte custodiat̄ in mēte. P.

Lectō eple bti pauli apli ad hebreos ix.

Fratres Christus assistens pontifex futurorum bonorum ꝑamplius ⁊ ꝑfectius tabernaculū nō manufactū: id est nō huius creationis: neqꝫ per sanguinē hircorum aut vitulorū: sed per ꝓpriū sanguinē itroiuit semel in scā eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hyrcorū aut taurorum ⁊ cinis vitule aspersus īqnatos sctificat ad emūdationē carnis: quāto magis sanguis chri q ꝑ spūmsanctum semetipm obtulit immaculatū deo: emūdauit cōscientiā nostram ab opibus mortuis: ad seruiendū deo viuenti. Et ideo noui testamēti mediator est vt morte itercedēte in redēptionē earū ꝑuaricationū q erāt sb priori testamēto: repromissionē accipiant q vocati sunt etne hereditatis. In chri. ie. d. n.

Eripe me dn̄e de inimicis Gr. meis doce me fa..re voluntatē tuā. ℣. Liberator me⁹ dn̄e d gētib⁹ iracūdis ⁊ ab insurgētibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me.

Sepe expugnauerunt Tract⁹. me a iuuentute mea. ℣. Dicat nūc isrl' sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. ℣. Etem̄ non potuerunt mihi: supra dorsum meum: fabricauerūt pctores. ℣. Prolongauerunt

iniquitatē sibi dn̄s iustus concidet ceruices pctō℞ū. Scdm̄ Johā.

In illo tp̄e (nem viij. Dicebat Jesus turbis iudeo℞ ⁊ pncipib⁹ sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatē dico q̄re nō creditis mihi: Qui ex deo est v̄ba dei audit. Propterea vos nō auditis: qꝛ ex deo non estis. Responderūt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Nōne bn̄ dicim⁹ nos qꝛ samaritanus es tu: ⁊ demoniū habes: Rn̄dit iesus Ego demoniū non habeo: sed honorifico patrē meū: et vos ihonorasti me. Ego aūt non quero gloriā meā: Est q̄ querat ⁊ iudicet. Amē amē dico vob: si q̄s s᷑monē meū seruauerit mortē nō videbit ineternū. Dixerūt ergo iudei: Nūc cognouim⁹: qꝛ demoniū habes. Abraā mortuus est ⁊ pphete: ⁊ tu dicis si q̄s sermonē meū seruauerit nō gustabit mortē ineternū: Nūq̄d tu maior es patre nr̄o abraā q̄ mortuus est: ⁊ pphete mortui sunt. Quē teip̄m facis: Rn̄dit iesus. Si ego gl'ifico meip̄m gloria mea nihil est. Est pater meus q̄ gl'ificat me quē vos dicitis: qꝛ deus vr̄ est ⁊ non cognouistis eū: ego aūt noui eū. Et si dixero qꝛ non scio eū: ero similis vob mēdax. Sed scio eū: ⁊ sermonē eius seruo. Abraā pater vr̄ exaltauit vt videret diē meum: ⁊ vidit ⁊ gauis⁹ est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quīq̄ginta annos nōdū habes ⁊ abraā vidisti: Dixit eis iesus. Amē amē dico vob: an̄q̄ꝫ abraā fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides iudei vt iacerēt in eū. Jesus aūt abscōdit se: ⁊ exiuit de tēplo.

Confitebor tibi domie in Offr. toto corde meo retribue seruo tuo: vt viuā ⁊ custodiā sermones tuos: viuifica me scdm̄ verbum tuū dn̄e.

Hec mūera q̄s dn̄s do- Sec.

mine ⁊ vincula nostre prauitatis absoluāt: ⁊ tue nobis miscdie dona ꝯciliēt. Per. Prefatio. Qui salutē humani. Hoc corpus qḋ pro vobis Cōio. tradet hic calix noui testamenti est in meo sanguine: dicit dñs. Hoc facite quocienscūq3 sumitis in meam commemorationē. Cōpl. Adesto nobis qm̄s dñe de⁹ noster: vt q̄s tuis misterijs recreasti ꝑpetuis defende p̄sidijs. Per ¶ Feria ij. p⁹ Judica Orō. Sanctifica qm̄s dñe nr̄a ieiunia: et cūctaꝝ nobis ꝓpitius indulgentiā largire culparū. Per. Sec. Concede nobi dñe deus noster: vt hec hostia salutaris ⁊ nostroꝝ fiat purgatio delictoꝝ: ⁊ tue ꝓpiciatio maiestati. P. Cōp. Sacramēti tui qm̄s dñe ꝑticipatio salutaris: ⁊ purificationē nobis tribuat ⁊ salutem. P. Sup pplm. Da qm̄s dñe pplo tuo salutem mētis ⁊ corꝑis vt bōis operibus inherēdo: tua sp merea tur ꝓtectione defendi. P. ¶ Feria tertia Oratio Nostra tibi qm̄s domine sint accepta ieiunia q̄ nos et expiādo ḡtia tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia ꝑducāt eterna. P. Sec. Hostias tibi dñe deferim⁹ immolādas: que sic tēporalez ꝯsolationē significent vt ꝓmissa certi⁹ nō desperemus eterna. Per. Cōpl. Da q̄s ōp̄s deus vt que diuina sūt iugiter exequētes donis mereamur celestib⁹ ꝑpinq̄re. Per. Sup poplū. Da nobis qm̄s dñe ꝑseuerantē in tua volūtate famulatū: vt ī diebus nostris ⁊ merito ⁊ nūero ppls tibi seruiēs augeat. P er. ¶ Fer. iiij. Orō. Sanctificatio hoc ieiunio deus tuoruz corda fideliū miserator illustra: ⁊ q̄bus deuotionis p̄stas affectū: p̄be supplicātib⁹ piū benignus auditū. Per. Sec.

Annue misericors deus: vt
hostias placatiõis ⁊ laudis
sincero tibi deferamus obse
quio. Per. Cõpl'. Celestis
mense qs̃ dñe sacrosctã li-
batio corda nr̃a purget sp ⁊
pascat. Per. Sup populũ.
Adesto dñe supplicatiõib9
nostris ops deus: ⁊ qb9 fi-
duciã sperande pietatis indul
ges: cõsuete misc'die tribue
benign9 effectũ. Per ¶ Fe-
Presta ria v. Oratio.
qs̃ ops deus vt dig-
nitas ꝯditionis hũane q̃ per
ĩmoderãtiã est sauciata: me
dicinalis parsimõie studio
reformet̃. P. Secr. Con-
cede nobis qs̃ dñe: vt ce-
lebraturi sctã misteria: non
solũ abstinẽtiã corpalẽ: sed
qd est potius habeam9 mẽ-
tiũ puritatẽ. Per. Cõpleñ.
Quod ore sumpsim9 dñe pu-
ra mẽte capiam9: ⁊ de mũe-
re tẽporali fiat nobis reme
diũ sempiternũ. Per. Sup
populum. Esto qs̃ do-
mine ꝓpitius plebi tue: vt
que tibi nõ placẽt respuens
tuoꝝ pocius repleãtur de-
lectatiõibus mãdatoꝝ. P.

¶ Feria sexta Oratio.
Cordibus nostris qs̃
dñe gratiam tuã benignus
ĩfunde: vt pctã nostra casti-
gatiõe volũtaria cogibẽtes
tẽporaliter potius macere-
mur: q̃ supplicijs depute-
mur eternis. Per. Secre.
Presta nobis misericors de9
vt digne tuis sp altarib9 ser
uire mereamur: ⁊ eoꝝ ꝑpe-
tua ꝑticipatiõe saluari. P.
Sũpti sacrificij dñe Cõpl'.
ꝑpetua nos tuitio nõ dereli
quat: ⁊ noxia sp a nobis cũ-
cta depellat. Per. Sup po
pulũ. De multitudie mise
ricordie tue dñe popl'ũ tibi
ꝓtege cõfitẽtẽ: ⁊ corpaliter
gubernatũ pie mẽti affectũ
mũeribus assequẽdis effice
ꝓmptiorẽ. Per ¶ Sabba-
Proficiat to Oratio
qs dñe plebs tibi dica

ta pie deuotio̅is affectu: vt sacris actio̅ib⁹ erudita: q̅n-to maiestati tue fit g̅tior: ta̅-to bonis pociorib⁹ augeat̄. Per. Sec. Presta q̅s op̄s de⁹: vt ieiunior̄u̅ placat⁹ sa-crificijs ad rede̅ptio̅is eter ne q̅s p̄ficiam⁹ augme̅tu̅. Per. Co̅pl̄. Sumptis dn̄e sa-lutarib⁹ sacrame̅tis remissi onis tue nos venia p̄seq̄ris Per. Sup ppl̄m. Depreca-tione̅ nr̄am q̄s dn̄e benig-nus exaudi: ⁊ q̄bus suppli-ca̅di p̄stas affectu̅: tribue de fensio̅is auxilium. Per do.

¶ Dn̄ica in ramispalmaru̅

Domine ne longe fa- Intr. cias auxiliu̅ tuu̅ a me ad de-fensione̅ meam aspice: libera me de ore leonis: ⁊ a cornibus vnicornium hu̅ilitate̅ mea̅. Ps. Deus de⁹ me⁹ respice in me quare me dereliquisti lo̅ge a salute mea v̄ba delictor̄ me-oru̅: Gl'ia. no̅ di̅r Oratio

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ hu̅ano generi ad imita̅du̅ hu̅ilitatis exe̅plu̅ saluatore̅ nostr̄ carne̅ sumere ⁊ cruce̅ subire fecisti: co̅cede p̄pitius: vt ⁊ pacientie ip̄ius habere docume̅ta ⁊ resurrectionis co̅sortia mereamur. Per eu̅.

Lectio ep̄l'e b̄ti pauli aposto li. Ad Philipenses ij.

Fratres: Hoc sentite in vo bis: q̄d ⁊ in chr̄o iesu. Qui cu̅ i̅ dei forma esset: no̅ rapi na̅ arbitrat⁹ est esse se eq̄lez deo: sed semetipsum exina-niuit forma̅ serui accipiens in similitudine̅ ho̅im fact⁹: ⁊ habitu i̅ue̅tus vt ho̅. Hu̅i liauit semetip̄m factus o be die̅s vsq̄ ad morte̅: morte̅ au̅t crucis. Propter q̄d ⁊ de us exaltauit illu̅: ⁊ donauit illi nome̅ q̄d est sup̄ om̄e no-me̅ vt in no̅ie iesu omne ge-nu flectat̄ celestiu̅ terrestri-um ⁊ infernor̄u̅. Et o̅is lin-gua co̅fiteat̄: q̄r dn̄s nr̄ iesus chr̄us in gloria est dei p̄ris.

Tenuisti manu̅ dexteram Gr. meam ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cu̅ gloria assumpsisti me. V.

Quā bonus isrl' deus rectis corde: mei aūt pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei q2 zelaui in petōribus pacē: pacē petōrū vidēs. Deus deus meus respi- Tract^9 ce in me: quare me dereliquisti. ℣. Longe a salute mea verba delictorū meorū. ℣ Deus meus clamabo p diē: nec exaudies in nocte ꝛ non ad insipientiā mihi. ℣. Tu aūt in sancto habitas laus isrl'. ℣. In te sperauerūt pr̄es nostri sperauerunt ꝛ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerūt et salui facti sunt: in te sperauerūt et non sunt cōfusi ℣ Ego aūt sum vermis ꝛ nō homo: obprobriū hoīm et abiectio plebis. ℣. Oēs qui videbāt me aspernabātur me: locuti sūt labijs ꝛ mouerūt caput. ℣. Sperauit in dn̄o eripiat eū: saluū faciat eū qm̄ vult eū. ℣. Ipsi vero cōsiderauerūt ꝛ inspexerūt me diuiserunt sibi vestimenta mea: ꝛ sup vestē meam miserunt sortē. ℣. Libera me de ore leonis: ꝛ a cornibus vnicornium humilitatē meā ℣. Qui timetis dn̄m laudate eū vniuersum semē iacob magnificate eū. ℣. Annunciabitur dn̄o gn̄atio ventura: ꝛ annunciabunt celi iusticiā eius. ℣. Populo q̄ nascet' quē fecit dn̄s. Nota q̄ ad passionē nō dicit'. Dn̄s vobiscū. neq3 Sequētia sancti euāgelij. ꝛc. sed simpliciter posito libro ad dextrā ptē dicit'. ¶ Passio dn̄i nr̄i iesu chr̄i. Scd̄m Math. xxvi. et xxvij.

In illo tp̄e. Dixit ie. dis. su. Scitis q2 post biduū pascha fiet ꝛ fili^9 hominis tradet' vt crucifigat'. Tūc cōgregati sūt p̄ncipes sacerdotū ꝛ seniores ppl'i i atriū p̄ncip: sacerdotū: q dicebat' cayphas. Et ɔsiliū fecerūt vt iesum dolo tenerēt ꝛ occiderēt. Dicebant aūt: Nō in die festo: ne forte tumultus fieret i populo. Cū autem esset iesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eū mulier habens alabastrū vngēti preciosi: ꝛ effudit sup caput ipius recūbētis. Videtes aūt discipuli idignati sūt dicē

tes. Ut q̄d pditio hec? Po-
tuit enī vngentū istud venū
dari multo ꝛ dari paupib⁹.
Sciēs aūt Jesus ait illis:
Quid molesti estis huic mu
lieri? Opus enī bonū opata
est in me. Nā sp paupes ha
betis vobiscū: me aūt nō sp
habebitis. Mittēs enī hec
vngentū hoc in corpus me-
ū ad sepeliendū me fecit.
Amē dico vobis: vbicūqꝫ p̄
dicatū fuerit hoc euāgeliū
in toto mundo dicetur: ꝛ q̄
hec fecit in memoriā eius.
Tūc abijt vnus de duodeci
q̄ dicebaᵗ iudas scarioth ad
pncipes sacerdotū: ꝛ ait illˀ
Quid vultis mihi dare: ꝛ e-
go eū vobis tradaz? At illi
ↄstituerūt ei trigīta argēte-
os. Et exinde q̄rebat opor-
tūitatē vt eū traderet. Pria
aūt die azimoꝝ accesserunt
discipuli ad iesum dicentes
Ubi vis parem⁹ tibi come-
dere pasca? At iesus dixit:
Jte in ciuitatē ad quēdā: ꝛ
dicite ei. Magister dicit: tē
pus meū ꝓpe est apud te fa
cio pasca cū discipłis meis.
Et fecerūt discipuli sicut cō
stituit illis iesus: ꝛ pauerūt
pasca. Uespere aūt facto di
scūbebat cū duodeci disci-
pulis suis. Et edētibus illis
dixit: Amen dico vobis: qꝛ
vnus vestrū me traditurus
est. Et ↄtristati valde: cepe
runt singuli dicere. Nūq̄d
ego sum dn̄e. At ille rn̄dēs
ait. Quiītingit mecū manū
ī parside hic me tradet. Fi-
lius q̄dē hoīs vadit sicˀ scri
ptum est de illo. Ue aūt hoī
illi p quē filius hoīs tradēt:
Bonū erat ei si nat⁹ nō fuis-
set hō ille. Rn̄dēs āt iudas
q̄ tradidit eū dixit. Nūquid
ego sum rabbi? Ait illi: Tu
dixisti. Cenātib⁹ aūt eis ac-
cepit iesus panē ꝛ bn̄dixit:
ac fregit deditqꝫ discipulis
suis ꝛ ait: Accipite ꝛ come
dite: hoc est corp⁹ meū. Et
accipiēs calicē gratias egit

et dedit illis dicēs. Bibite ex hoc oēs. Hic est enī sanguis me⁹ noui testamenti q̄ p multis effundet in remissionē pctōꝝ. Dico aūt vob nō bibā a modo de hoc genimine vitis vsq; in diē illū cū illud bibā vobiscū nouū in regno p̄ris mei. Et hymno dicto exierūt in montem oliueti. Tūc dicit illis iesus Oēs vos scandalū paciemini in me in ista nocte. Scriptum est enī. Percutiā pastorem ꝛ dispgent̄ oues gregi postq̄ aūt resurrexero: p̄cedam vos in galileā. Rn̄dēs aūt petrus ait illi. Et si oēs scādalizati fuerint in te: ego nūq̄ scādalizabor. Ait illi iesus. Amē dico tibi: q2 i hac nocte anteq̄ gall⁹ cātet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiā si oportuerit me mori tecū: nō te negabo. Similiter ꝛ oēs discipuli dixerunt Tūc venit iesus cū illis i villam q̄ dicit̄ gethsemani: ꝛ dixit discip̄lis suis. Sedete hic donec vadā illuc ꝛ orē. Et assumpto petro ꝛ duob⁹ filijs zebedei cepit cōtristari et mestus esse. Tūc ait illis. Tristis ē aīa mea vsq; ad mortē. Sustinete hic ꝛ vigilate mecum. Et pgressus pusillū procidit in faciē suā orans ꝛ dicēs. Pater mi: si possibile est: trāseat a me calix iste. Uerūtn̄ non sic̄ ego volo: sed sic̄ tu. Et venit ad discip̄los suos: ꝛ iuenit eos dormientes: ꝛ dicit petro. Sic nō potuistis vna hora vigilare mecū. Uigilate ꝛ orate: vt nō intretis in tētationē. Sp̄us quidē p̄mptus est caro aūt infirma. Iterū scd̄o abijt ꝛ orauit dicens. Pater mi si nō p̄ōt hic calix trāsire nisi bibā illū fiat volūtas tua. Et venit iterū: ꝛ iuenit eos dormiētes. Erāt enī oculi eorū grauati Et relictis illis iterū abijt ꝛ orauit tertio eundem sermonē

dicēs. Tūc vēit ad discipu
los suos: et dixit ill'. Dormi
te iā et reqescite. Ecce ap p-
pinqbit hora: et fili' homis
tradet i man' pctōr. Sur
gite eam'. Ecce appropinq
bit q me tradet. Adhuc eo
loquēte: ecce iudas vn' de
duodeci venit: et cū eo tur-
ba multa cū gladijs et fusti-
bus missi a principib' sacer
dotū et seniorib' ppli. Qui
aūt tradidit eū: dedit ill' si-
gnū dicēs. Quēcūq osculа
tus fuero: ipe est: tenete eū.
Et cōfestim accedēs ad iesū
dixit: Aue rabbi. Et oscula
tus est eū. Dixitq illi iesus:
Amice ad qd venisti: Tūc
accesserūt et man' iniecerūt
in iesum: et tenuerūt eū. Et
ecce vn' ex his q erāt cū ie-
su extēdēs manū exemit gla
diū suū: et pcuciēs seruū pn-
cipis sacerdotū amputauit
auriculā ei'. Tūc ait illi ie-
sus. Cōuerte gladiū tuū i lo
cū suum. Oēs em q accepe-
rint gladiū: gladio pibunt.
An putas q nō possum ro-
gare patrē meū et exhibebit
mihi mō plusq duodeci le-
giōes angelorū. Quō ergo
iplebūtur scripture: Quia
sic oportet fieri. In illa ho-
ra dixit ies' turbis. Tāq ad
latronē existis cū gladijs et
fustibus cōprehendere me.
Quottidie apud vos sede-
baz docēs in tēplo et nō me
tenuistis. Hoc aūt totū fa-
ctū ē vt adiplerētur scriptu
re pphetarū. Tūc discipuli
oēs: relicto eo fugerūt. At il
li tenētes iesum: duxerūt eū
ad cayphā pncipē sacerdo-
tū vbi scribe et seniores cō-
uenerāt. Petrus aūt seqba-
tur eū a longe vsq in atriū
pncipis sacerdotū. Et igres
sus intro sedebat cū mīstris
vt videret finē. Pncipes āt
sacerdotū et ōme cōsiliū qre
bāt falsum testimoniū con-
tra iesum: vt eū morti trade
rēt. Et nō iuenerūt cū mul-

ti falsi testes accessissēt. No
uissime aūt venerūt duo fal
si testes ꝛ dixerūt. Hic dixit
Possū destruere tēplū dei:
et post triduū reedificare il-
lud. Et surgēs pnceps sacer
dotū: ait illi Nihil rndes ad
ea q̄ isti aduersum te testifi
cant: Jesus āt tacebat. Et
princeps sacerdotū ait illi.
Adiuro te p deū viuū: vt di
cas nobis si tu es chr̄us fili
us dei viui: Dixit illi iesus:
Tu dixisti: Verūtamē dico
vobis a modo videbitꝭ filiū
hoīs sedentē a dextris ṽtu-
tis dei ꝛ venientē in nubibꝰ
celi. Tūc prīceps sacerdotū
scidit vestimēta sua dicēs:
Blasphemauit. Quid ad-
huc egemus testibus: Ecce
nūc audistis blasphemiam.
Quid vob videtꝛ: At illi re
spōdētes dixerūt. Reus est
mortis. Tūc expuerūt in fa-
ciē eius: ꝛ colaphis eū ceci-
derūt. Alij aūt palmas i fa
ciem eius dederūt dicētes:

Prophetisa nobis chr̄e: qs
est q̄ te pcussit: Petrꝰ vo se-
debat foris i atrio. Et acces
sit ad eū vna ancilla dicens
Et tu cū iesu galileo eras:
At ille negauit corā oībus
dicēs: Nescio qd dicis. Exe
unte aūt illo ianuā: vidit eū
alia ancilla: ꝛ ait his q̄ erāt
ibi. Et hic erat cū iesu naza
reno. Et iterꝝ negauit cū iu
ramento qꝛ nōnoui hoīem.
Et post pusillū accesserūt q̄
astabāt ꝛ dixerūt petro. Ve
re ꝛ tu ex illis es: nā ꝛ loq̄la
tua manifestū te facit. Tūc
cepit detestari ꝛ iurare: qꝛ
nō nouisset hoīem. Et cōti-
nuo gallꝰ cātauit. Et recor-
datus est petrꝰ ṽbi iesu qđ
dixerat: priusq̄ȝ gallus cātet
ter me negabꝭ. Et egressus
foras fleuit amare. Mār au
tem facto cōsiliū inierūt oēs
prīcipes sacerdotū ꝛ senio-
res ppl'i aduersus iesum: vt
eum morti traderēt. Et vi-
ctū adduxerūt eū ꝛ tradide-

45

rũt põtio pilato pside. Tũc
vidẽs iudas q eũ tradidit q
dãnatus esset penitẽtia du-
ctus retulit trigĩta argente
os pricipib sacerdotũ z se-
niorib dicẽs. Peccaui tra-
dẽs sanguinẽ iustũ. At illi
dixerũt. Quid ad nos? Tu
videris. Et piectis argẽte
is in tẽplo recessit: z abiens
laqueo se suspẽdit. Pricipes
ãt sacerdotũ acceptis argẽ-
teis dixerunt. Nõ licet eos
mittere in corbonã: q pciũ
sanguinis est. Consilio aũt
inito: emerũt ex illis agꝝ fi-
guli in sepulturã pegrinoꝝ.
Propt hoc vocat est ager
ille acheldemach: hoc est a-
ger sanguis: vsq in hodier-
num diẽ. Tũc ipletũ est qd
dictũ est p hieremiã pphe-
tam dicentẽ. Et acceperũt
trigita argẽte os pciũ app-
ciati qd appciauerũt a filijs
isrl: z dederũt eos in agruz
figuli: sicut constituit mihi
dñs. Jesus aũt stetit ante p

sidẽ. Et iterrogauit eũ pses
dicens. Tu es rex iudeorũ?
Dicit ei iesus. Tu dicis: Et
cũ accusaret a pricipib sace-
dotũ z seniorib nihil rñdit
Tũc dicit illi pilat. Nõ au
dis qnta aduersum te dicũt
testimonia? Et nõ rñdit ei
ad vllũ verbũ ita vt miraret
pses vehemẽter. Per diem
aũt solennẽ psueuerat pses
dimittere pplo vnũ vinctũ
quem voluissent. Habebat
aũt tũc vinctũ insignẽ q di-
cebat barrabas q ppter se-
ditionẽ missus fuerat in car
cerẽ. Cõgregatis ergo illis
dixit pilat. Quẽ vultis di-
mittã vob: barrabã an iesũ
q dicit xp̃us? Sciebat eñ
q p inuidiã tradidissent eũ.
Sedẽte ãt illo p tribunali
misit ad eũ vxor eius dicẽs
Nihil tibi z iusto illi. Mul
ta eñ passa suz hodie per vi
sum ppter eum. Principes
aũt sacerdotũ z seniores p-
suaserunt ppl'is vt peterẽt

barrabã: iesum vo pderent. Rñdẽs ãt pses ait ill'. Quẽ vultis vobis de duobus dimitti. At illi dixerũt. Barrabã. Dicit illis pilat'. Quid igit faciã d iesu q dicit christus: Dicũt oẽs. Crucifigatur. Ait illis pses. Quid eñ mali fecit: At illi magis clamabãt dicẽtes. Crucifigatur. Uidens aũt pilat' q nihil pficeret sed magis tumult' fieret: accepta aq̃ lauit manus corã pplo dicẽs. Innocẽs ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. Et respõdens vniuersus ppl's dixit. Sãguis ei' sup nos: et sup filios nr̃os. Tũc dimisit illis barrabã: iesum aũt flagellatũ tradidit eis vt cruci figeret. Tũc milites psidis suscipiẽtes iesum in ptorio: ↄgregauerũt ad eũ vniuersam cohortẽ. Et exuẽtes eũ clamidẽ coccineã circũdederũt ei. Et plectẽtes coronã de spinis posuerunt sup caput eius: ⁊ arundinẽ in dexterã eius. Et genuflexo ãte eũ illudebãt ei dicẽtes: Aue rex iudeoꝝ: Et expuẽtes in eũ: acceperũt arũdinẽ ⁊ pcuciebãt caput ei'. Et postq̃ illuserũt ei: exuerũt eũ clamidẽ: ⁊ induxerũt eũ vestimẽtis ei': ⁊ duxerũt eũ vt crucifigerẽt. Exeũtes aũt inuenerũt hoiem cyreneũ veniẽtẽ obuiã sibi noie symonem: Hũc ãgariauerũt vt tolleret crucẽ eius. Et venerũt in locuꝫ q dicit golgotha qd est caluarie locus. Et dederũt ei vinũ bibere cum felle mixtum. Et cũ gustasset noluit bibere. Postq̃ aũt crucifixerunt eũ diuiserũt vestimẽta eius sortẽ mitẽtes. Ut impleret qd dictũ est p pphetã dicẽtẽ. Diuiserũt sibi vestimenta mea: ⁊ sup vestẽ meam miserũt sortẽ. Et sedẽtes fuabãt eũ. Et iposuerũt super caput ei' causam ipsius scriptã. Hic est iesus nazare

46

nus rex iudeorū. Tūc crucifixi sunt cum eo duo latrones vn⁹ a dextris ⁊ vn⁹ a sinistris. Pretereuntes autē blasphemabāt eum mouētes capita sua ⁊ dicentes. Vach q̄ destruis tēplū dei: et i triduo illud reedificas. Salua temetipm̄ si fili⁹ dei es descēde d̄ cruce. Similiter ⁊ p̄ncipes sacerdotū illudētes cū scribis ⁊ seniorib⁹ dicebāt. Alios saluos fecit seipm̄ nō potest saluū facere Si rex isrl̄ est: descēdat nūc de cruce ⁊ credim⁹ ei. Confidit in deo: liberet eū nūc si vult. Dixit eñi q: fili⁹ dei sū. Idipm̄ aūt ⁊ latrones q̄ crucifixi erāt cū eo improperabāt ei. A sexta aūt hora tenebre facte sunt sup̱ vniuersā terrā vsq̧ ad horā nonā. Et circa horā nonā clamauit iesus voce magna dicēs: Hely hely lamazabathāi: Hoc est: Deus me⁹ deus me⁹: vt qd dereliqsti me: Quidam aūt illic stātes ⁊ audientes dicebant. Heliā vocat iste. Et ꝯtinuo currens vnus ex eis acceptā spōgiā īpleuit aceto: ⁊ iposuit arundini ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vo dicebāt. Sine videam⁹ an veniat helias liberās eum. Jesus aūt iterū clamās voce magna emisit spm̄. Pater noster. Et ecce velū tēpli scissum est in duas ptes: a summo vsq̧ deorsum. Et terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumēta aperta sunt: ⁊ multa corpa sctōꝝ q̄ dormierāt surrexerūt. Et exeuntes de monumētis p⁹ resurrectionē eius venerūt in sanctā ciuitatē: ⁊ apparuerūt mltis. Centurio aūt ⁊ q̄ cū eo erant custodientes iesum viso terre motu ⁊ his q̄ fiebāt: timuerūt valde dicētes. Vere fili⁹ dei erat iste. Erāt aūt ibi mulieres multe a lōge: q̄ secute erāt iesū a galilea ministrantes ei. In-

ter quas erat maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ ioseph mater: ⁊ mater filioꝝ zebedei. Cū aūt sero factuz esset venit qdā hō diues ab arimathia noīe ioseph: q ⁊ ipe discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt corpus iesu. Tūc pilatus iussit reddi corp⁹. Et accepto corpore ioseph īuoluit illud in syndone mūda: ⁊ posuit illud in monumēto suo nouo qd exciderat ī petra. Et aduoluit saxū magnū ad ostiū monumēti ⁊ abijt. Erāt autem ibi maria magdalena ⁊ altera maria sedētes ꝯtra sepulcꝝ. Hic legat in modū euangelij. Altera autē die que est post pasceuen: cōuenerūt principes sacerdotuz ⁊ pharisei ad pilatū dicētes Dn̄e recordati sumus: quia seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resurgā. Iube ergo custodiri sepulcruz vsq3 in diē tertiū: ne forte veniāt discipuli eius ⁊ furentur eū: ⁊ dicāt plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis pilat⁹. Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi aūt abeūtes muniērunt sepulcꝝ signātes lapidē cum custodibus. Offꝝ. Improperiū expectauit cor meū et miseriam ⁊ sustinui qui simul cōtristaretur ⁊ non fuit cōsolantē me: q̄siui ⁊ nō inueni: ⁊ dederūt in escam meā fel ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Sec. Ipsa maiestati tue dn̄e fideles ppl'os cōmēdet oblatio: q̄ per filiū tuuz recōciliauit inimicos. Per eundē Prefatio. Qui salutez hūani ge. Cōio. Pater si nō potest hic calix transire nisi bibā illum fiat voluntas tua. Cōplē. Per hui⁹ dn̄e opationē misterij: et vicia nr̄a purgentur: ⁊ iusta desideria cōpleantur. Per d.

¶ Fer. ij. p⁹ palmaꝝ. Orō.

Da q̄s ōps deus: vt q in tot aduersis et nr̄a ī

47

firmitate deficim⁹ itercedē te vnigeniti filij tui passione respirem⁹. Qui tecū. Secr. Mūera nos qs̄ dn̄e oblata purificēt: ꝛ te nobis iugiter faciāt esse placatū. Per. Prebeāt nob dn̄e diuinū tua sctā feruorē: q̄ eoꝝ pariter ꝛ actu delectemur et fructu. P. Compl. Super ppl'm. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ꝛ ad beneficia recolēda q̄bus nos īstaurare dignatus es: tribue venire gaudētes. P. ¶ Feria iiij. Int. Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu christi in quo est salus: vita ꝛ resurrectio nostra: per quē saluati ꝛ liberati sumus. Ps. Deus misereat nostri et benedicat nobis illuminet vultū suū sup nos ꝛ misereatur nr̄i. Nos Omnip̄s sempiterne de⁹: da nobis ita dn̄ice passiōis sacramēta peragere: vt indulgētiā ꝑcipere mereamur. Per eūd. Oro aūt. Lctō hieremie ꝓphete vndecio.

In diebus illis. Dixit hieremias. Dn̄e demōstrasti mihi ꝛ cognoui: tu ostēdisti mihi studia eoꝛꝫ. Et ego q̄si agnus māsuetus q̄ portat ad victimā. Et nō cognoui: q2 cogitauert sup me ꝯsilia dicentes. Uenite: mittam⁹ lignū in panē ei⁹: et eradam⁹ eū d terra viuētiū: ꝛ nomē eius nō memoretur amplius. Tu aūt dn̄e sabbaoth q̄ iudicas iuste: ꝛ ꝓbas renes ꝛ corda: videā vltionē tuā ex eis. Tibi eīm reuelaui causaꝫ meā dn̄e deus me⁹. Gr. Ego aūt dū mihi molesti essent induebā me cilicio: et hūiliabā in ieiunio animā meam: et oratio mea in synu meo cōuertet. V. Judica dn̄e nocentes me: expugna impugnantes me apprehende arma ꝛ scutum ꝛ exurge in adiutoriū mihi. ¶ Passio dn̄i nostri iesu christi. Scd̄m Marcū. xiiij. ꝛ xv. ca. In illo tēpore. Erat pasca ꝛ asima post biduū. Et q̄rebant

summi sacerdotes ꝛ scribe quō iesum dolo tenerent et occiderēt. Dicebāt em̄. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret ī ppl'o. Et cū esset iesus bethanie in domo symonis leprosi ꝛ recumberet venit mulier habens alabastrū vnguenti nardi spicati ꝑciosi: ꝛ fracto alabastro effudit sup̱ caput ei⁹. Erāt autem q̄dam indigne ferētes intra semetip̄os ꝛ dicentes: Ut q̄d ꝑditio ista vnguenti facta ē. Poterat em̄ vnguētum istud venūdari plusq̄ꝫ trecentis denarijs: ꝛ dari paup̱ib⁹. Et fremebāt in eā Jesus aūt dixit. Sinite eā. Quid illi molesti estis. Bonū op⁹ opata est in me. Sp̱ em̄ paup̱es habetis vobiscū: ꝛ cū volueritis potestis illis bn̄facere: me aūt nō sp̱ habebitis: Quid habuit hec fecit ꝑuenit vngere corp⁹ meū in sepulturā. Am̄ dico vobis: vbicū q̄ꝫ p̄ dicatū fuerit euāgeliū istud in vniuerso mūdo: ꝛ q̄d hec fecit narrabit̄ i memoriā eius. Et iudas scariothis vnus de duodecim abijt ad sūmos sacerdotes: vt ꝓderet eū illis. Qui audientes gauisi sunt: ꝛ promiserunt ei pecuniā se daturos. Et q̄rebat quō eū oportune traderet. Et p̄rio die asimoꝝ qn̄ pasca īmolabāt: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus ꝛ parem⁹ tibi vt manduces pasca. Et mittit duos ex discip'lis suis: ꝛ dicit eis. Jte in ciuitatem ꝛ occurret vob̄ hō lagenā aq̄ baiulans: Seq̄mini eū: ꝛ q̄ cūq̄ꝫ introierit dicite dn̄o dom⁹: q꜡ magister dicit. Ubi est refectō mea: vbi pasca cū discipulis meis manducē: Et ip̄e vob̄ demōstrabit cenaculū grāde stratū: ꝛ illic parate nob̄ Et abierūt discipuli eius: ꝛ venerūt in ciuitatē ꝛ inuenerunt sicut dixerat illis ꝛ parauerunt pasca. Uespe aūt fa-

48

cto: venit cū duodecim: ⁊ di scūbentib⁹ eis ⁊ manducā tibus ait iesus. Amen dico vobis: q: vn⁹ ex vob tradet me q̄ mādūcat mecū. At il li ceperūt cōtristari: ⁊ dice re ei singillatim. Nūq̄d ego Qui ait illis. Un⁹ ex duode cim q̄ intingit mecū manum in catbino. Et fili⁹ q̄dē ho minis vadit sicut scriptū est de eo. Ue aūt homini illi p̄ quē fili⁹ hoīs tradet. Bo nū erat ei si non esset natus hō ille. Et mādūcātib⁹ illis accepit iesus panē: ⁊ bn̄edi cēs: fregit ⁊ dedit eis ⁊ ait: Sumite: hoc est corp⁹ meū Et accepto calice: gratias agēs dedit eis. Et biberūt ex eo oēs: et ait illis. Hic est sanguis me⁹ noui testamen ti: q̄ p̄ multis effūdet. Am̄ dico vobis q̄ iā nō bibā de genimie vitis vsq̄ in diem illum cū illud bibā vobiscū nouū in regno dei. Et hym no dicto: exierūt in mōtē oli uarū. Et ait illis iesus. Oēs vos scādalisabimini in me i nocte ista: q: scriptum est. Percutiā pastorē ⁊ dispgē tur oues. Sed postq̄ resur rexero p̄cedā vos in galileā Petrus aūt ait illi: Et si oēs scādalisati fuerint: sed nō e go. Et ait illi iesus. Amē di co tibi: q: tu hodie in nocte hac priusq̄ bis gallus vocē dederit: ter me es negatur⁹ At ille ampli⁹ loq̄bat. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: nō te negabo. Similit aūt ⁊ oēs dicebāt. Et veni unt in p̄diū cui nomē geth semani. Et ait discipl'is suis: Sedete hic donec orē. Et assumpsit petrū ⁊ iacobū ⁊ iohānē secū: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis. Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē Sustiete hic ⁊ vigilate. Et cū p̄cessisset paululum p̄ci dit sup terrā ⁊ orabat: vt si fieri posset trāsiret ab eo ho ra ⁊ dixit. Abba pater: oīa

barnaba apl'o tuo ab īminē
tibus p̄sentis vite piculis re
spirare: z eodē suffragante
ad eterne felicitatis beatitu
dinē p semitā iusticie queā d
modū exēplis docuit peruent
re. Per. Epl'a. Iā nō estis
ho. fo. 2. All'a. V. In omnē terrā
3. Aliud d ascēsi. seu de dn̄i-
ca. Prosa. Clare sctōr. 3. Euā
gelium. Ego sum vitis vos
pal. 1. Credo. dicit. Offr.
Cōfitebunt celi. 7. Secr. Hec
oblatio dn̄e sicut incē suz in
cōspectu tuo cū odore suaui-
tatis ascēdat: z p̄clari apo-

132

stoli tui barnabe intercessio ne nob instātis sbsidia futu-reqꝫ vite gaudia cōferat: in cuius veneratione tue obtu limus maiestati. Per. Prefatio de apl'is. Cōio. Ego sum vitis. Cōplē. Ineffabili corpis sanguisqꝫ filij tui sua-uitate refecti qs dn̄e deus noster: vt illius nob suppli-catiōe pficiat ad mētis cor porisqꝫ salutē quē credimus ob vite meritū sctōrū tuorū agminib⁹ laudabiliter iter-esse. P. ¶ Si vo barnabe ap'li p⁹ trinita. venerit. Int Mihi aūt ni. de apl'is in cōi. 3. Gr. Nimis honora. fo. 3. All'a. ibidē de apl'is. 3. Euāgeliū. Designauit dn̄s. 5. Credo dicit. Offr. In omnē terraꝫ. 5. Cōio. Vos qui secuti. 6. Alia vts. videant. ¶ Decē mili-um martirum. Intr. Gaudeam⁹ oēs. ꝛc. Decē miliū militū martirū de quoꝝ passione. ꝛc. ℣. Exultate iusti in dn̄o rectos decet colauda-tio. Gl'ia patri. fo. 16 Kiriecl. per

Deus (octaues. Orō. q pclara decē milium martirū agmia ad instar btē passiōis tue mūdo decedē-do tribuisti: ꝛ eisdē pdigijs elemētorū tue mortis ꝯdo-lentiū ipsos insigniri volui-sti: ꝯcede ppici⁹: vt eorūdē martirū tuoꝝ meritis suffra gātibus in q̄cūqꝫ nostre tri-bulatiōis miseria adesse ꝯso lationē tue misc'die efficaci-ter sentiamus. Per. Ep'la. Spectaculū facti sum⁹. fo 8 Gr. Timete dn̄m. 9. All'a ℣. Le tamini in dn̄o. Prosa d mar. 5. Euāg. Attēdite a fermēto phari. 10. Credo dr. Offr. Gl'iabuntur in te oēs. 11. Secr. Hostias qs dn̄e q̄s in sā-ctorū martirū tuorū natali-cijs offerim⁹: ꝛ vincula no-stre prauitatis absoluant ꝛ tue nob misc'die dona ꝯcili-ent. Per. Prefatio cōis nisi sit octaua trinitatis. Cōio. Posuerunt mortalia. 11. Cōplē. Sumpsim⁹ dn̄e sctōꝝ tuoꝝ

decem miliū martirū solen-
nia celebrātes sacramēta ce
lestia: p̄sta q̄s: vt qđ tēpo-
raliter gerim⁹ eternis gau-
dijs ꝯseq̄mur. Per d. ¶ In
die sancti Johānis baptiste

De ventre matris ¶ Intr.
mee vocauit me dn̄s nomi-
ne meo: ⁊ posuit os meum vt gladi-
um accutum sub tegumento manus
sue ꝓtexit me: posuit me quasi sagit
tam electā. Ps. Bonū est confite-
ri dn̄o et psallere nomini tuo altis-
sime. Gla. Kirie magne deus

Deus q̄ p̄sentem Orō.
diē honorabilē nobis
in bti iohānis baptiste nati
uitate fecisti. Da ppl'is tuis
sp̄ualiū gratiā gaudiorū: et
oīm fideliū mētes dirige in
viā saluti eterne. Per. Lcō

Hec ¶ Esaie ꝓphete. Lit
dicit dn̄s deus. Audi-
te insule: ⁊ attēdite ppl'i de
lōge. Dn̄s ab vtero vocauit
me: de vētre matris mee re
cordat⁹ est nois mei. Et po
suit os meū q̄si gladiū accu-
tum: in vmbra man⁹ sue ꝓ-
texit me ⁊ posuit me sicut sa
gittā electam. In pharetra
sua abscōdit me ⁊ dixit mi-
hi. Seruus meus es tu isrl':
q2 in te gl'iabor. Et nūc hec
dicit dn̄s: formās me ex vte
ro seruū sibi. Dedi te in lucē
gentiū vt sis salus mea vsq3
ad extremū terre. Reges vi
debūt ⁊ cōsurgēt p̄ncipes:
et adorabūt dn̄m deū tuū: ⁊
sctm̄ israel q̄ elegit me. Gr.
Priusq3 te formarē in vtero noui
te: ⁊ anteq3 exires de vētre sanctifi-
caui te. V. Misit dn̄s manū suam ⁊
tetigit os meū: ⁊ dixit mihi. Alla.
V. Erat iohānes p̄dicans in deser-
to baptismū penitentie. Aliud.
Alla. V. Tu puer propheta altissi
mi vocaberis: preibis ante dn̄m pa-
Sancti Prosa. rare vias eius.
baptiste christi preconis.
Solennia celebrātes moribus ip̄m
sequamur. Ut ad vitā quā predi-
xit asseclas suos ꝑducat. Deuoti
te sactiss me hoīm: amice iesu christi
flagitamus vt gaudia ꝑcipiamus.

133

Apparensq; zacharie gabriel re. promisit qui tua celebrarent obsequijs natiuitatē. Ut p hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris delicijs leti congaudent. Tu qui pparas fidelium corda ne quid deuiū vel lubricū deus in eis inueniat. Te deposcimus vt crimina nostra ꝛ facinora continua prece studeas absoluere. Placatus vt ipse suos semp inuisere fideles. Et mansionē in eis facere dignet. Et agni vellere quē tuo digitto. Mūdi mōstraueras tollere crimina nos velit induere. Ut ipm mereamur angelis associj. In alba veste sen qui p portam clarissimam. Amice christi iohānes. Scdm Lucā j.

In illo tpe. Elizabet aūt impletū est tempus pariendi: ꝛ peperit filium. Et audierunt vicini et cognati ei⁹: qꝛ magnificauit dñs misericordiā suā cū illa: ꝛ ɔgratulabant ei. Et factū est in die octauo venert circūcidere puerū: ꝛ vocabāt eū noīe patris sui zachariam. Et rñdens mater eius dixit. Neq̄ q̄ sed vocabit iohānes. Et dixerūt ad illā. Quia nemo est in cognatiōe tua q̄ vocet hoc noīe. Innuebāt aūt patri ei⁹ quē vellet vocari eū Et postulās pugillarē scripsit dicēs. Johānes est nomē eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertū est āt ilico os eius ꝛ lingua eius: ꝛ loq̄batur bñdicēs deū. Et fact⁹ est timor sup oēs vicinos eoꝝ et sup oīa mōtana iudee diuulgabātur oīa verba hec. Et posuerūt oēs q̄ audierāt in corde suo dicētes. Quis putas puer iste erit? Et em̄ man⁹ dñi erat cū illo. Et zacharias pater eius repletus est spūsctō ꝛ pphetauit dicens. Bñdictus dñs deus israel: qꝛ visitauit ꝛ fecit redēptionē plebi sue. Credo.

Dicit Offꝛ. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabit. Secr. Tua nos dñe mūerib⁹ altaria tua

mulamus: et sancti iohānis cuius natiuitatē honore debito celebrātes: q salnatorē mūdi et cecinit affuturuz: et adesse mōstrauit. Dñz nr̄z.

Prefatio cōis. Cō. Tu puer pphēta altissimi vocaberis: preibis enī ante faciē dñi pare vias ei⁹.

Sumat ecclesia tua Cōple. deus de bti iohānis baptiste gñatione leticiā: p quem sue regeneratiōis cognouit auctorē. Dñm nr̄m. ¶ Infra octauā iohānis baptiste oia vt ipo die. Kirieel. d mar tirib⁹ cū. Et in terra. Aliqñ p octauas. Credo. dr die dñico: et per octauā corpis chri si cōtinget et in die scti petri tantū. ¶ In die sctōrū petri et pauli aplorum. Intr.

Nunc scio vere q2 misit dñs angelū suum: et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorū. ℣ S. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sess. ōem meam. Glia. Kirie magne deus. etc. Oratio.

Deus q hodiernā diem aplorū tuorz petri et pauli martirio cōsecrasti da ecclesie tue eorū in oibus sequi pceptū: p qs religionis sumpsit exordiū. Per. Lectio

In diebus illis. actuū aplorū xij. Misit herodes rex manus vt affligeret qsdam de ecclesia. Occidit aūt iacobū fratrem iohānis gladio. Videns aūt q2 placeret iudeis: apposuit apphēdere et petrū. Erāt aūt dies azimorū. Quē cū apphēdisset misit in carcerē: tradēsq3 qttuor qternionibus militū ad custodiēdū volēs p⁹ pasca pducere eū pplo. Et petrus qdem seruabat in carcere: oratio aūt fiebat sine interemissiōe ab ecclesia ad deum p eo. Cū aūt pducturus esset eū herodes: i ipa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites: vict⁹ cathenis duabus. Et custodes ante hostiū custodiebāt carcerē. Et

134

ecce angel' dñi astitit: et lumē ifulsit ihabitaculo carceris. Percussoqꝫ latere petri excitauit eū dicēs: Surge velocit. Et ceciderūt cathene ď manib' ei'. Dixit āt āgl'us ad eū: Precīgere et calcia te caligas tuas. et fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi vestimētū tuū: et seqre me. Et exiēs seqbat eū: et nesciebat qꝛ verū est qđ fiebat ꝑ angelū. Existimabat aūt se visuꝫ videre Trāseuntes aūt primā et secundā custodiā: venerūt ad portā fereā q̄ ducit ad ciuitatē: q̄ vltro apta est eis. Et exeūtes ꝓcesserūt vicū vnū: et ꝯtinuo discessit angel' ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit: Nūc scio vere: qꝛ misit dñs angelū suum et eripuit me de manu herodis et de oīmi expectatiōe iudeorum. Constitues eos principes Gr. sup oēm terrā memores erunt noīs tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij ꝓpterea populi cōfitebūtur tibi. Alla. ℣. Tu es petrus et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam. ℣. Beatus es symon petre: qꝛ caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis.

Petre summe chri- Prosa. sti pastor et paule gentium doctor. Ecclesiam vestris doctrinis illuminatā. Per circulū terre preecatus adiuuet vester. Nā dominus petre celorū tibi claues dono dedit. Armigerū beniamin chrūs te scit suū vas electum. Mare planta te petre abr'us conculcare tue dedit caritati. Umbrā tui corporis infirmis debilibusqꝫ fecit medicinam. Doctilogos philosophos te paule christus dat vincere sua voce. Multiplices victorias tu paule christo ꝑ populos acquisisti. Postremo victis omnib' barbaris: ad arcē sūmi ꝑgitis culminis germanos discordes sub iugo christi pacatos iam coacturi. Ibi neronis feritas pricipis apostolorū ꝑ̄lijs plurimis: victores diuerse te petre et paule addiꝑerat pene mortis. Te crux assoeciat te vero gladius cruentus mittis

christo. Scdm Matheū. xvj
IN illo tp̄e. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicēs. Quē dicunt hoīes esse filiū hoīs? At illi dixerūt: Alij iohānē baptistā alij aūt heliā. Alij vero hieremiā: aut vnū ex pphetis. Dicit illis iesus. Vos aūt quē me esse dicitis. Respōdens simon petrus dixit Tu es christus filiꝰ dei viui Rn̄dens aūt iesus dixit ei. Btūs es simon bariona: qr caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus q in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es petrus et sup banc petram edificabo ecclesiā meā Et porte inferi nō p̄ualebūt aduersꝰ eā. Et tibi dabo claues regni celorū. Et qd̄cūq3 ligaueris sup terrā erit ligatum et in celis. Et qd̄cumq3 solueris sup terrā erit solutum et in celis. Credo dicit. Offer. Cōstitues eos principes sup omnē terrā memores erunt nominis tui in oī pgenie et generatione. Sec. Hostias dn̄e q̄s nomini tue sacrādas offerimus apostolica pseq̄r oratio p quā nos expiari tribuas et defendi. P. Prefatio de apl'is. Cōio. Tu es petrꝰ et sup banc petrā edificabo ecclesiam meā. Cōpl. Quos celesti dn̄e alimēto saciasti: apostolicis intercessiōibꝰ ab oī aduersitate custodi. P. ¶ In ↄmemoratiōe scti pauli apl'i

SCio cui credidi et certus sum: qr potēs est depositū meū seruare in illū diem. Intr. Ps. Celi enarrāt gloriam dei et opa manuū eius anūciat firmamētū. Gl'ia.

Kirieel. de apl'is. Orō.
DEus q multitudinem gentiū bti pauli apl'i tui p̄dicatiōe docuisti: da nob q̄s vt cuiꝰ natalicia colimꝰ eius apud te patrocinia sētiamꝰ. Per. Lctō epl'e beati pauli apl'i ad galatas j.
FRatres. Notū vobis facio

135

euangeliū qđ euangelizatū est a me: q2 nō est scđm hominē. Neqȝ enī ego ab hoīe accepi illud: neqȝ didici: sed p reuelationē iesu chri. Audistis enī puersationē meaȝ aliqn̄ in iudaismo: qm̄ supra modū psequebar ecclesiam dei: et expugnabā illā: ꝛ pficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abūdātius emulator existēs paternarū mearū traditionū. Cū āt placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: ꝛ vocauit p gratiā suam: vt reuelaret filiuȝ suū in me: vt euāgelizarem illū in gētibus: cōtinuo nō acquieui carni ꝛ sanguini. Neqȝ veni hierosolimā ad antecessores meos aplos: sed abij in arabiā: ꝛ iterū reuersus sum damascū. Deinde post annos tres veni hierosolimā videre petrū: ꝛ mansi apud eū dieb9 qndecim. Alium aūt aplorū vidi neminē nisi iacobū fratrē dn̄i. Que aūt scribo vobis ecce coram deo: q2 nō mētior. Deinde veni in ptes syrie ꝛ cilicie. Erā aūt ignot9 facie ecclesijs iudee: q̄ erant in christo. Tm̄ aūt auditū habebāt: qm̄ qui psequebat nos aliqn̄: nūc euāgelizat fidē quā aliqn̄ expugnabat. Et in me clarificabant dn̄m iesum christum. Gr. Qui opat9 est petro in apostolatu: opatus est ꝛ mihi inter gētes: ꝛ cognouerūt gratiam dei q̄ data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nō fuit: sed gratia eius in me sp manet. All'a. ℣. Magnus sanctus paulus vas electiōis vere digne est glorificandus. Prosa. Petre summe christi pa. vt heri. Euāgeliū. Ecce nos reliqm9 oia. C. Credo. Of. Offr. Mihi aūt nimis. C. Secr. Ecclesie tue qs dn̄e preces ꝛ hostias apostolica comēdet oratio: vt qđ pillorū gloria celebram9: nobis psit ad veniam. P. Prefatio de a[illegible]

Cōio. Amē dico vobis. s. Cōpl.
Perceptis dn̄e sacramētis subdito corde rogam⁹ ꝛ petimus: vt itercedēte beato paulo apostolo tuo nob̄ ꝓficiāt ad medelā q̄ ꝓ illius gesta sunt passiōe. Per. ¶ In octaua scti iohānis baptiste ꝓ totū vt in die sctō. Kirieel.
P Re. ꝑ octauas. Orō.
Presta q̄s oṗs deus: vt ecclesia tua q̄ iterato natiuitatem p̄cursoris filij tui dn̄i nostri iesu chr̄i iohānis baptiste i octaua die veneratur ipso ꝓ ea apud miscdiaz tuam interueniēte: a pctis oibus te miserāte liberari mereatur. Per.
I Prosa hec.
Inter natos mulierū vt testatur verbū verū nullus maioꝛ ꝓdijt.
Saluatoris precursore cuius ortus miro more mir. signis claruit. Pater senex mater anus quos fecundat dei manus gaudent puerperio. Prohibebat ḡtū etas iuuētutis vltra metas laborabant senio. Hu ra lictās regi celi dum nō credit gabrieli pater mutus tacuit. Et parentes infecūdi genuere iubar mūdi vox ad patrē redijt. Mater matrē salutauit ꝛ iohannes exultauit matris clausus vtero. Preconatur p̄co regē ꝛ nature vincit legem sensus hic in puero. Nondum natus nondū natū sensit vates vatem vatum nasciturū spū. Cuius virtus sctitatis mundat illū a pctis vētris sub accubitu. Olez p̄ibat lucerna cuius luce lux superna lucet sine termino. Vox clamantis in deserto monet oīs in apto viā parent dn̄o. Verbū preit vox nascēdo predicādo monendo baptizando populos. Sic vēturo viam parat sic serenti sulcus arat conuertit incredulos. Hic baptizādo iesuz mersit q̄ pcti sordes tersit sanguinis anthidotho. Speciale dat ei singulare donum dei demōstrare digito. Certe magnum heremitā presentē spreuisse vitā cōtempsisse prospera. Mel silvestre cibus vilis ꝛ cameli texta pilis vestis ꝓbat aspera. Hic dum legē dei zelat crimen herodis reuelat arguēdo publice. Ciuitate pri

clari mox est missus decollari vite vir angelice. Rex devictus ꝓcin‐ctu herodiadis instinctu: fedavid convivium. Martir christi passus mortē est assumptus intra sortē sup‐norū civiū. Quo nos suos lauda‐tores post pressuras ꝛ labores assu‐mat ad braviū. Am̄. Credo dr. In tuo ꝯspectu dn̄e Secr. Q̄s talia nostra sint mun̄era: q̄ intercedēte btō iohān̄e bap tista ꝛ te placare valeant: ꝛ nos tibi placere ꝑficiāt. P. D eꝰ q̄ nos bti iohā‐ Cōpl. nis baptiste solēnia frequē‐tare ꝯcedis. Presta qm̄s: vt et devotis mētibus eadē ce‐lebremus: ꝛ eiꝰ patrocinio ꝓmerēte plene capiamꝰ se‐curitatis augmentū. Per d

¶ Infra octavā scti petri ꝛ pauli. Int. Mihi autē nimis de aplis i cōi. 2. Kirieel. d aplis. Exaudi nos deus Orō. salutaris nr̄: ꝛ aplorū tuorū petri ꝛ pauli nos tue‐re p̄sidijs: quorū donasti fi‐deles esse doctrinis. Per d. Epla. Iā nō estis hospites fo. 2. Gr. Nimis honorati. Alla. ꝟ. Non vos me elegistis. Prosa. Petre summe chri pastor fo. 89. Evange. Hoc est p̄ce‐ptū. 4. Credo sꝫ dr. Offr. In omnē terrā. 5. Sec. Mune ra dn̄e tue glorificatio͞is of‐ferimꝰ: q̄ vt tibi ꝓ nob gra‐ta sint: eorū q̄s dep̄catio effi ciat q̄rū solēnia celebramꝰ. Per. Prefatio d aplis. Cōio Vos q̄ secuti. fo. 5. Cōpl. Sā‐cta nos tuas dn̄e sumpta vi uificēt: ꝛ intercedētibꝰ san‐ctis aplis tuis petro ꝛ pau‐lo misericordie sempiterne p̄pa‐rent expiatos. Per. Alio ꝛ alio die infra octavā sctōꝝ petri ꝛ pauli Epistole. Grꝫ Alla. Evange. Offr. Cōio. mutāt de cōi aploꝝ. ¶ In die visitatio͞is marie Intr Gaudeamꝰ o͞es i dn̄o dīē festū celebrantes in honorem ma‐rie virginis de cuius visitatiōe gau‐dent angeli ꝛ collaudant filium dei. Ps. Fecit mihi magna qui po

tens est: et sanctum nomen eius. Glia. Kirie fons bonitatis. Oro.

D q tantum hodie dicit. Eus q nos psentem festiuitatem in iesu christi filij tui et marie vginis matris eius laudib9 venerari fecisti. presta qms: vt q eiusdem vginis humilitatis et gaudiorum qbus elizabeth salutauit solennia celebram9 in eorum memoria et gaudijs iugit maneam9. Per eundem. Alia oro p totam octauam.

D Eus q in visitatione letabunde vginis marie iesu christi filij tui gerule noue laudis pconijs magnificari voluisti: ei9 meritis et pcibus talem nob qsumus tue visitationis gratiam tribue: qtin9 nunc et spte magnificare mereamur. Per e

Lectio libri sapientie Canticorum. j.

E Cce iste venit saliens in montibus: transiliens colles. Similis est dilectus me9 capree hinuloq ceruorum. Et ipse stat post parietem nostrum respiciens p fenestras: pspiciens p cancellos. En dilect9 me9 loqtur mihi Surge propera amica mea columba mea: formosa mea: et veni. Jam enim hiems transijt ymber abijt et recessit. Flores apparuerunt i terra nra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nra. Ficus ptulit grossos suos. Vinee florentes dederunt odorem suum. Surge ppa amica mea: speciosa mea et veni columba mea i foraminib9 petre: i cauerna macerie. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis et facies tua decora. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: qr concupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulcritudine tua intende pspere pcede et regna. Alla. ℣. Aue stillans melle alueariu: aue veri salomonis ferculum: aue verbi dei tu sacrarium: aue deitatis receptaculum maria. Prosa.

AUe verbi dei parēs virginū humilitas. Aue oi neuo carens hūilis virginitas. Gaude q̄ sic grauidaris nec grauaris filio. Gaude q̄ sic oneraris onere grauissimo. Salue yesse stirpe orta virgula fructifera. Salue clausa templi porta soli deo peruia. Plaude vellus gedeonis roremadens pneumatis. Plaude pellis salomonis pulcrior p̄ ceteris. Uale iacob micans stella ꝛ illustrans maria Uale consignata cella rubus in vi flammea. Euge sole qd̓ amicta solem gignis stellula. Euge ꝙ sis p̄electa scala celi fulgida. Pange aurora consurgens luce noui syderis. Pange archa trina ferens carismata miseris. Eya magnificat tua iesum christū aīa. Eya tecuȝ vt laudem⁹ ora dulcis maria. Secundū Lucā. j.

IN illo tp̄e. Exurgens maria abijt in montana cū festinatione ī ciuitatē iuda. Etītrauit in domū zacharie ꝛ salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit īfās in vtero eius. Et repleta est spū̄sctō elizabeth: ꝛ exclamauit voce magna ꝛ dixit. Bn̄dicta tu inter mulieres: et bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce em̄ vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. et btā q̄ credidisti qm̄ ꝑficient̄ ea q̄ dicta sūt tibi a dn̄o. Et ait maria. magnificat aīa mea dominū. Et exultauit spūs me⁹ ī deo salutari meo. Quia respexit hūilitatē ancille sue ecce em̄ ex hoc beatā me dicent oēs generatiōes. Qr fecit mihi magna q̄ potēs est: ꝛ sanctū nomē eius. Et miscdia ei⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies: timētibus eū. Fecit potentiā ī brachio suo: dispsit supbos mēte cordis sui. Deposuit potētes de sede: ꝛ exaltauit humiles. Esuriētes īpleuit bo

nis ⁊ diuites dimisit inanes. Suscepit isrl' puerū suū: recordat' mis̄cdie sue. Sicut locutus est ad patres nr̄os abraā ⁊ semini eius ī secula. Mā̄sit aūt maria cū illa q̄si trib' mēsibus: ⁊ reuersa est in domū suā. Credo. dicit' p totā octauā. Offr. Aue maria gratia plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulierib' ⁊ benedict' fructus vētris tui. Sec. Salutaris victime oblatiōe tibi deus pater ops̄ īmolamus suppliciter dep̄cantes: vt sicut intemerate v̄ginis marie viscera iesu christi filij tui gloria illustrasti: q̄ te in spū̄ exultatiōis ⁊ leticie magnificaret: ita penetralia cordis nostri spū̄ssc̄ti digneri suauitate p̄fundere: q̄tin' sacro delibuti carismate veniā p̄seqū peccatorū: teq̄ nūc ⁊ sp̄ pijs mētib' magnificare mereamur. Per eūdē: eiusdē. Prefatio Et te in visitatione. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis p̄ptere a benedixit te deus in eternū. all'a. Refecti ⁊ renouati Cōpl'. sacro celesti alimonie pabulo immēsam clementiā tuaz flagitam' dn̄e deus noster: vt q̄ visitatiōis festa peragimus: in iesu christi filij tui ⁊ marie laudibus idesinēter maneam'. Qui tecū. ¶ Infra octauā visitatiōis marie oīa teneant' vt in die. Kiriee. de btā maria. All'a. ℣. O maria mater christi q̄ mōtana adijsti ⁊ cognatam salutasti cōsilij mater celesti: audi nos dulcis ⁊ pya natum nobis concilia. Aliud. All'a. ℣. Maria mater christi que montana adijsti nobis assis in agone tua intercessione. ¶ Octaua sctōrū petri ⁊ pauli apl'orū. Intr. Sapientiā sctōrū. de mar. i cōi.

Deus cuius fo. s. Orō. dextera beatū petrum apl'm ambulantē in fluctib' ne mergeret' erexit: ⁊ coapostolū eius paulū tertio naufragantē de p̄fundo pelagi liberauit: exaudi nos p̄pici'

138

et cōcede: vt amborū meritis eternitatis gloriā ꝯsequamur. Qui viuis. Ep'la. Hij sunt viri misericordie. s. Gr. Justorū anie. fo. 9. All'a. V. Jn omnē terrā. fo. 3. Prosa. Petre sūme vr̄ fo. Scdm Math. xiiij.

In illo tpe. Jussit iesus discipulos ascēdere in nauiculā ⁊ p̄cedere eū trās fretū donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascēdit in mōtē solus orare. Vespere aūt facto sol⁹ erat ibi. Nauicula aūt in medio mari iactabat̄ fluctib⁹. erat em̄ eis cōtrarius vētus. Quarta aūt vigilia noctis venit ad eos ambulās supra mare Et vidētes eū sup̄ mare ambulantē: turbati sunt dicentes: q2 fantasma est. Et p̄ timore clamauerūt. Statimq; iesus locutus est eis dicens Habete fiduciam: ego sum nolite timere. Rn̄dens aūt petrus dixit. Dn̄e si tu es iube me venire ad te supra aq̄s At ipse ait. Veni. Et descēdēs petrus de nauicula: ambulabat supra aquā vt veniret ad iesum. Vidēs vo vētum validū timuit. Et cū cepisset mergi clamauit dicēs Dn̄e saluū me fac. Et cōtinuo iesus extēdens manum apphendit eū: ⁊ ait illi. Modice fidei q̄re dubitasti. Et cū ascēdisset in nauiculā: cessauit ventus. Qui aūt in nauicula erāt: venerūt ⁊ adorauerūt eū dicētes. Vere filius dei es. Credo. Of. Exultabunt scti. 11. Sec. Munus ppl'i tui dn̄e q̄s apostolica intercessiōe sctifica: nosq; a pctōrū nostrorum maculis emunda. Per. Prefatio de apl'is. Cōio. Justorum anie. fo. 11 Pignus eterne vite Cōplē capiētes hūiliter te dn̄e imploram⁹: vt apl'icis fulti patrocinijs qd in ymagine cōtingimus: sacramēti manifesta pceptiōe sentiam⁹. Per.

¶ Jn octaua visitatiōis ma

die et die dñica currēti infra octauā eius: om̄ia vt in die. Kirieel. dicit p octauas. Lcō libri regū. j. Regū. ij.

Exultauit cor meum in dño: et exaltatū est cornu meum i deo meo. Dilatatū est os meū sup inimicos meos qr letata sum in salutari tuo Nō est sctūs vt est dñs neqz em̄ est alius extra te et nō est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui sbliimia gloriātes. Recedāt vetera de ore vestro: qr de9 scientiarū dñs est: et ipi p parātur cogitatiōes. Arcus fortiū supatus est: et infirmi accincti sūt robore. Repleti p9 us p panibus se locauerūt et famelici saturati sūt. Donec sterilis pepit plurimos et q̄ multos habebat filios ifirmata est. Dñs mortificat et viuificat: deducit ad iferos et reducit. Dñs pauperē facit et ditat: hūiliat et sbleuat Suscitat de puluere egenū et de stercore eleuat pauperem. Ut sedeat cū principibus: et solium glorie teneat. Dñi em̄ sunt cardines terre et posuit sup eos orbē. Pedes sanctorum suorum seruabit: et ipij in tenebris cōticescēt: qr nō in fortitudine sua roborabit vir. Dñm formidabūt aduersarij ei9: et sup ipos in celis tonabit. Dominus iudicabit fines terre et dabit imperiū regi suo: et sublimabit cornu christi sui

¶ Margarethe virginis et martiris. Intr. Gaudeamus ōēs. etc. Margarethe vgis de cuius passiōe. etc. 16. Kirieel. per octauas. Orō.

Deus q̄ hodierna die beatā margarethā virginē p martirij palmā ad celos venire fecisti. Cōcede qs̄ vt eius exēpla sequentes ad te puenire mereamur. P. Epl'a. Domine deus me9. fo. 17. Grad. Specie tua. fo. 18. All'a. ℣ Rosa vernās sctitatis liliū virginitatis

rubēs virgo margaretha que regnat in ethera leta. Prosa.
Margaritham preciosam sponsam christi generosam veneremur laudibus. A gētili patre natā fide christo desponsatā ipsi regi glorie. Rectā fidē dū sectat domo patris ꝓpulsat nutrici se contulit. Generosa oues pauit quā prefectus adamauit: sed hec christū ꝓtulit. Ad tribunal presentat sed extra flagellat fluūt riui sanguis Vidēs gaudet passione confortat in agone nutu sctī flaminis Ex contemptu ꝓuocat iudex aqua preparatur in vas ꝟgo mergit. Tirannus vidēs illesam claudit antro virgis cesam demon terēs sternit. Ad mucronem ceruix tensa orat voce cū immensa ꝓ se venerantibus. Mox spopōdit regnū celi ꝓmisso pacto fideli cunctis te laudātibus. Euāge. Simile est regnū celorū decem ꝟginibus. 19. Credo. dicit.
Offer. Offerent regi maius 15.
Hec victima dñe q̄su Secre. mus ꝑ btē ꝟginis margarethe martirio oblata: ꝛ mētium nobis sctītatē ꝛ corporum obtineat sanitatē. Per
Cōio. Diffusa est gratia. fo. 15.
Huius dñe ꝑceptione sacramenti ꝛ btē margarethe ꝟginis intercessiōe: ꝛ tu in nob manere dignare: et nos in te vicissim manere ꝯcede. Per. ¶ In diuisiōe aplorū. Int. Mihi aūt nimis de aplis i cōi. 2. Kirieel. de aplis.
Deus q in tuorū Oratō diuisione aplorū gētium multitudinez in vnitate fidei ꝛ agnitione tui sctī nominis conuocasti: q̄s aures tue pyetatis sctē matris ecclesie ꝑcibus inclina ꝛ ꝑsta: vt q̄rū te instātia ꝑdicamus et agnouimꝰ: horū obtentu in ꝯfessione ꝟitatis tue fideliter firmiterq̄ manemꝰ. P
Epla. Iā nō estis hospites fo. 2. Gra. Constitues eos fo. 3.
Alla. ℣. Non vos me elegistis. 30
Celi enarrant gloriā Prosa. dei filij ꝟbi incarnati facti de terra celi. Nec eū glia soli dño est

cōgrua. Nomē est cui⁹ magni cōsilij angelus. Istud cōsiliū lapso homini auxiliū est antiquum ꝛ profundum ꝛ verū factū solis tm̄ sanctis cognitū. Cum angelus iste hō natus ex muliere imortalez ex mortali de terra celū fecit ex homine angelum. Hic est dn̄s exercituū deus cuius sunt angeli missi i terrā aplī. Quibus seipm viuū prebuit resurgens in mltis argumentis pacē victor mortis nuncians. Pax vobis ego sum inquit nolite iā timere p̄dicate verbum dei creature oīni corā regib⁹ ꝛ principibus. Sicut misit me pater et ego mitto vos in mundum: estote ergo prudētes sicut serpētes estote vt columbe simplices. Hinc petr⁹ romā aplōꝝ princeps adijt: Paulus greciā vbiqꝫ docens gratiā ter quattuor hij pceres in plagis terre quattuor euāgelizantes trinum ꝛ vnum. Andreas: iacobus: vterqꝫ philipp⁹ bartholomeus: symon ꝛ thadeus: iohannes: thomas: mathias: et matheus: duodecim iudices non ab vno: sed in vnū diuisi p orbem diuisos in vnū colligūt. In omnē terram exiuit sonus eorū. Et in fines orbis terre v̄ba eorū. Quā speciosi pedes euangelizantiū bona p̄dicātium pacē. Sanguine christi redēptis ita dicentiū syon regnabit deus tuus. Qui v̄bo secula fecit qd̄ p nobis verbū caro factū est in fine seculorum. Hoc verbum qd̄ p̄dicamus christū crucifixum q̄ viuit ꝛ regnat deus in celis. Hij sunt celi in quibus christe habitas in quorum verbis tonas fulguras signis roras choruscas gratiā. His dixisti rorate celi desuper ꝛ nubes pluant iustū aperiat̄ terra germinans. Germen iustum suscitat terra nr̄a quā aplīcis v̄bis serēs germinare facias. Quorū v̄bis verbū patris tenentes in pacientia fructū ferre fac nos tibi dn̄e. Hij sunt celi quos magni consilij angelus inhabitas quos nō seruos sed amicos appellas quibus oīa q̄ audisti a patre notificas. In quorū diuisione collectum gregē custodias indiuisum ꝛ in vinculo pacis vnū: vt in te vnum simus sicut in patre tu es vnus. Miserere nostri tu qui habitas rex in celis.

140

In il. Sc'dm Lucaz.ix. Illo tpe. Conuocatis Jesus duodeciz apl'is dedit illis vtute et potestate super omia demonia: et vt languores curaret. Et misit illos pdicare regnuz dei: et sanare ifirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: necz virgam: necz pera: necz panez: necz pecunia: necz duas tunicas habeatis. Et i quacu̅cz domu̅ itraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et q̄cu̅cz no̅ receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiam puluere pedu̅ vestroru̅ excutite in testimoniu̅ sup illos. Egressi au̅t circuibant pcastella: eua̅gelizātes et cura̅tes vbicz. Credo. dr. Offr. In omne terra̅ s. Sec. Gloria̅ dn̅e sctoru̅ tuoru̅ aplorum rece̅sentes ppetua̅ qm̄s: vt eandem sacris misterijs expiati digni' celebrem'. Per d. Prefatio d' apl'i. Co̅io. Ego vos elegi. fo. 6. Co̅pleu̅. Omnipotens sempiterne deus: mu̅di creator et rector: qui btōs apl'os nois tui gloria sublimasti: exaudi ppl'm tuu̅ cu̅ sctoru̅ tuorum tibi patrocinijs supplicante̅. vt nob pacis donu̅ tribuas: et co̅tinuatim pficiat ad fidei et charitatis augme̅tum. Per d. ¶ Marie magdalene. Intr. Gaudeam' oe̅s et c. Marie magdalene de cuius solēnitate. et c. fo. 16. Kyrieel'. poctas. Oro.

Deus q btē marie magdalene me̅te̅ tanto tue dilectiōis ardore infla̅masti: vt iesu christo filio tuo no̅ solu̅ viue̅ti: veru̅ etia̅ mortuo obseqa humanitatis impe̅dere sincero festinaret affectu. Co̅cede ppici': vt apud tua̅ misc'diaz p nostris reatib' intercedat: q eu̅de̅ filiu̅ tuu̅ dn̅m nostru̅ iesum christu̅ pma oim videre meruit a mortuis resurge̅tem. Qui tecu̅. Lec̄o libri sapientie Canticorum iij. In lectulo meo per no-

ctem q̄siui quem diligit ani ma mea. Quesiui illū ꝛ non inueni: Surgā ꝛ circuibo ciuitatē ꝑ vicos ꝛ plateas: querā quē diligit aīa mea. Quesiui illū ꝛ nō iueni. Inuenerūt me vigiles q̄ custodiūt ciuitatē. Nū quē diligit aīa mea vidistis? Paululū cū ꝑtransissem eos: iueni quē diligit aīa mea. Tenui eū: nec dimittā donec introducā illū in domū matris mee: ꝛ in cubiculū genitricis mee. Rx. Adiuuabit eam. 18. A illa. ℣. Maria hec est illa cui dimisisti multū dn̄e iesu christe: q꞉ dilexit vehemēter. Prosa.

Laus tibi christe qui es creator ꝛ redēptor idē ꝛ saluator. Celi terre maris angelorū ꝛ hominuꝫ. Quē solū deū confitemur ꝛ dn̄m. Qui petōres venisti vt saluos faceres. Sine pctō pcti assumens formulā. Quorū de grege vt charancam mariam visitasti magdalenam. Eadē mēsa verbi diuini illaꝫ micis hanc refoues poculis. In domo simonis leprosi conuiuijs accubans typicis. Murmurat phariseus vbi plorat femina criminis cōscia. Peccator cōtemnit cōpeccātem pcti nescius penitenteꝫ: exaudis emūdas fedam adamas vt pulcram facias. Pedes amplectitur dn̄icos lacrimis lauat tergit crinibus: lauando: tergēdo: vngento vnxit osculis circuit. Hec sunt conuiuia q̄ tibi placent o patris sapientia Natus de ꝟgine q̄ nō dedigneris tangi a peccatrice. A phariseo es inuitatꝰ marie ferculis saturatus Multū dimittis multum amanti nec crimē postea repetēti. Demonijs eā septē mundans septiformis spūs. Ex mortuis resurgentem das cūctis videre priorem. Hanc christe ꝓselitam signans ecclesiam quā ad filiorū mēsam vocas alienigenam. Quā inter conuiuia legis et gratie sgnit phariseus fastus lepra vexat heretica. Quidnam haberet egra te si nō accepisset si non medicus adesset. Qualis sit tu scis tangit te q꞉ peccatrix q꞉ venie optatrix. Rex regum diues in oīns

nos salua pctōres tergens crimina sctōrū spes ꝛ gloria. Scdm Lu. cam. vij.

In illo tpe. Rogabat iesum quidā phariseus vt māducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum vngēti: et stās retro secus pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eiꝰ: ꝛ capillis capitis sui tergebat: ꝛ osculabatur pedes eiꝰ: ꝛ vngento vngebat. Uidēs aūt phariseus q̄ vocauerat eū: ait itra se dicēs. Hic si esset ꝑpheta sciret vtiqꝫ q̄ et q̄lis est mulier q̄ tāgit eū: q: peccatrix est. Et rn̄dēs iesus dixit ad illū. Simon habeo tibi aliqd dicere. at ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidā feneratori: vnus debebat denarios q̄ngentos: ꝛ alius q̄nquaginta. Nō habētibꝰ illis vn̄ redderent: donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eū plus diligit. Rn̄dēs simō dixit. Estimo q: is cui plus dōauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et ꝯuersꝰ ad mulierē dixit simoni. Uides hanc mulierem. Intraui in domū tuā: aquā pedibꝰ meis nō dedisti. Hec aūt lacrimis rigauit pedes meos: ꝛ capillis suis tersit. Osculū mihi nō dedisti: hec āt ex q̄ intraui nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxisti hec aūt vngēto vnxit pedes meos. Propter qd dico tibi remittūr ei pctā multa: q̄m dilexit multū. Cui aūt minꝰ dimittitur minus diligit. Dixit aūt ad illā. Remittūtur tibi pctā. Et ceperūt q̄ simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic q̄ etiā pctā dimittit. Dixit aūt ad mulierem. Fides tua te saluā fecit vade in pace. Credo. Offā. Angelus dn̄i descendit

de celo ꝛ dixit mulieribus: quē queri
tis surrexit sicut dixit alla. Secr.
Presentia mũera qs̃ dñe
placito vultu intuere: ꝛ pre
sta vt sctı̃spũs ꝑfundant bñ
dictiõe: ꝛ in nostris cordib⁹
eam tui nõis dilectionē in-
fundãt: q̃ in mēte btē marie
magdalene nimio flagrauit
ardore. Per eiusdem. Cõio
Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓ
pterea benedixit te deus ineternũ.
Sũpto dñe mistico Cõplē.
ac singulari remedio corꝑe
scilicet ꝛ ꝑcioso sanguine fi-
lij tui ab oĩbus malis q̄s be-
ate marie magdalene patro
cinijs eruamur. Qui viuis.
¶ In die scti Jacobi apl'i.
Intr̃ Mihi aũt nimis. de apl'is
Scõi. Kiriecl'. de apl'is. Orõ.
Esto dñe ꝑpici⁹ plebi
tue sanctificator ꝛ cu-
stos: vt beati apl'i tui iacobi
munita p̄sidijs: ꝛ ꝯuersatio-
ne tibi placeat: ꝛ secura mē-
te deseruiat. Per Ep'la Jã
nõ estis hospites. 2. Grad.
Nimis honorati sunt. fo. 3. All'a.
V. In omnē terrã. fo. 3. Prosa.
Clare sctõꝝ. fo. 3. Scdm Ma
In illo tpe. ¶ theum. xx.
Accessit ad iesu3 mater
filiorũ zebedei cũ filijs suis
adorãs ꝛ petēs aliq̄d ab eo
Qui dixit ei. Quid vis: Ait
illi. Dic vt sedeãt hij duo fi-
lij mei: vn⁹ ad dexterã tuã:
et vnus ad sinistrã in regno
tuo. Rñdens aũt iesus dixit
Nescitis q̄d petatis. Pote-
stis bibere calicem quē ego
bibitur⁹ su3: Dicũt ei. Pos-
sumus. Ait illis: Calicē q̄-
dem meũ bibetis sedere aũt
ad dexterã meã vel sinistrã:
nõ est meũ dare vob : sed q̄-
b⁹ patũ est a patre meo. Et
audiētes decē indignati sũt
de duob⁹ fratrib⁹. Jesus ãt
vocauit eos ad se: ꝛ ait illis
Scitis q2 principes gentiũ
dñant eorũ: ꝛ q̄ maiores sũt
potestatē exercēt inter eos.
Nõ ita erit inter vos. Sed
q̄cũq3 voluerit iter vos ma-

1142

ior fieri: sit vester minister. Et q̄ voluerit inter vos pri mus esse: erit vester seruus. Sicut fili⁹ hoīs nō venit mi nistrari sed mistrare: ꝛ dare animā suam in redēptionē ꝓ multis. Credo. Of. Offer. Mihi aūt nimis. 5. Sec. Ob latiōes ppl'i tui dn̄e qs̄ be ati apl'i tui iacobi passio btā ꝯciliet: ꝛ q̄ nostris non apta sunt meritis: fiant tibi placi ta eius depcatiōe. P. Pre fatio de apl'is. Cōio. Vos qui secuti estis. 6. Cōplē. Beati apl'i tui iacobi in cui⁹ hodie festi uitate corpe ꝛ sanguine filij tui nos refecisti: qs̄ domi ne intercessiōe nos adiuua: ꝓ cuius solēnitate pcepim⁹ tua sancta letātes. Per do.

¶ De sancta Anna. Intr. Gaudeamus oīs. ꝛc. Anne mr̄is marie de cuius solennitate. fo. 16. Kirieel' per octauas. Oratio.

Deus q̄ beatā annā ma tris tue: genitricē fie ri voluisti. presta qs̄: vt apud te meritis vtriusq̄ tā matris q̄ filie regna celestia ꝯseq̄mur. Per. Ep'la Mu lierē fortē. 17. Gr. Adiuuabit eam. fo. 18. All'a. ℣. Anna ma ter eximia felix abrae filia celi ful get in curia coronata gl'ia Prosa.

Omnis mūdus decātet ꝛ iocū dus all'a. Noua festa nunc assunt sed diu gesta res miranda. Eu dilecti pariter vixerūt felicit' fide clara. Virga yesse ꝓduxit de qua christus illuxit sol de stella Qui dem illis viso monstrat' ab angelo pariforma. Crediderunt nuntio nec hoꝝ ꝺuotio fit corrupta. Post hec anna credidit ꝛ mariam peperit valle nostra. De qua christus na scit' eius lacte pascit' carne sumpta. Iste dei filius missus erat celitus: sed hūc plebs iudaica damnat ceca. Inde crucifigit' lancea ꝑfodit': fe cit hec ꝑ delicta plebs p̄dicta. Iesu nos adiuua cum matre maria educ de valle hac misera. Ad ce li gaudia vbi tu cum anna regnas ꝛ mater puerpa maria. Euangeli. Liber gn̄ationis iesu christi

infra in natiuitate marie v-
ginis. 106. Credo dr. Offr.
Filie regũ. 19. Sec. Hec victi
ma qs dñe ꝑ beate anne
memoria oblata: et mentiuz
nob suauitatẽ et corporũ ob
tineat castitatẽ. Per. Prefa
tio cõis solẽnis. Cõio. Diffu-
sa est. fo. 19. Cõplẽ. Da qs
oĩps deus: vt q btẽ anne cõ-
memoratiõe gloriamur ipi-
us adiuti pcib pñtib: et
eternis ꝯsolatiõibus fouea-
mur. Per. ¶ Marthe hos-
pite dñi Intr. Gaudeamus
oẽs. etc. Marthe hospite dñi de cu-
ius solennitate. etc. fo. 16. Kirieel.

Omni- poctauas. Oro
potẽs clemẽtissime de
us cui filius in ede btẽ mar
the hospitari dignatus est:
Da qs: vt eius meritis et
pcib q illũ placite suscepit:
hospicio in ede polor mise-
ricordiũ hospitari valeam
Per eũdẽ. Lectio libri sapiẽ-
tie: Ecclesiastici. xxvi.
Gratia mulieris sedule
delectabit virũ suũ: et ossa il-
lius impinguabit. Discipli-
na illi datũ dei est. Mulier
sensata et tacita: nõ est imu-
tatio erudite aie. Gratia su
per gratiã: mulier sctã et pu
dorata. Oĩs aũt põderatio
nõ est digna cõtinẽtis anie.
Sicut sol oriẽs mũdo in al-
tissimis dei: sic mulieris bo
ne species in ornamentũ do
mus ei. Lucerna splendẽs
sup cãdelabrũ sanctũ: et spe-
cies faciei sup etatẽ stabilẽ.
Colũne auree sup bases ar-
gẽteas: et pedes firmi super
plãtas stabilis mulieris. Fũ
damẽta eterna supra petrã
solidã: sic mãdata dei i cor-
de mulieris sctẽ. Gr. Spe-
cie tua. fo. 18. Alla. V. Intra-
uit iesus in quoddã castellũ et muli-
er quedã martha noie excepit illum
in domum suam. Prosa.

Hdtilat marthe dies domini
hospite sororis marie magdalene.
Resonet laudes plebs leticie ho-
die impatori summo glorie. Que

suscepit christum hospicio letatur celi sollo. O quam dulcis ista susceptio qua dat celi regio. Cuius prece dominus fetidum ab orcho suscitauit lazarum: liberet per eius meritum a morte perpetua populum. Felix celorum regis hospita aula cuius nitet emerita hunc supplex pro nobis rogita quo viuamus tecum in ethera. Gloria eterno patri simul christo eius nato spirituique sancto. Qui deus vnus omnipotens deuotorum hanc meorum faciat memoriam. Amen. Euange. Intrauit iesus in quoddam castellum. in die assumptionis marie. 102. Credo. dicitur. Offer. Diffusa est gratia. fo. 19. Sec. Suscipe et sanctifica adonai deus hoc munus oblatum et procede: vt ad salutem nostram caro et sanguis filii tui: meritis illius proficiat que illum gratanter hospicio recepit. Qui tecum. Com. Dilexisti iusticiam. fo. 19. Compl. Que sumus omnipotens deus: vt piis sacramentis que sumpsimus et meritis beate marthe filii tui hospite digne hic et in futuro vi

namus. Per eundem. ¶ Ad vincula sancti petri Intr. Nunc scio vere. vts in die sanctorum petri et pauli apostolorum. 89. Kirieel.

Deus ¶ de apostolis. Oro. qui beatum petrum apostolum tuum a vinculis absolutum illesum abire fecisti: nostrorum quesumus absolue vincula peccatorum: et omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per Epla. Misit herodes rex manus. vts 89. Gr. Constitues eos. fo. 89. Alla. V. Tu es petrus. fo. 89. Prosa Petre summe christi pastor. fo. 89. Euange. Venit iesus in partes cesaree. 90. Credo dicitur Offer. Constitues eos. 90. Sec. Oblatum tibi sacrificium deus in commemoratione beati petri apostoli tui viuificet nos semper et muniat. Per. Prefatio de apostolis Com. Tu es petrus. 90. Compl. Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domine deus noster: vt quod pya deuotione gerimus: intercedente beato petro apostolo tuo certa re

demptiõe capiamus. Per.
Dñici confessoris Intr.
Os iusti de ↄfes. in cõi. 11. Kirie.
O Eus ꝓ octauas. Orõ.
q ecclesiã tuã bti dñici ↄfessoris tui illuminare dignatus es gloriosis meritis et doctrinis. Cõcede vt eius icercessiõe: ꝛ tẽporalibꝫ nõ destituat auxilijs: ꝛ spũalibus sp ꝓficiat icremẽtis. P
Epl'a. Dilectꝫ deo ꝛ hoibꝫ fo. 12. Gr. Os iusti. 13. All'a. ℣. Iste sctũs digne. 13. Prosa. Dilectus deo. 14. Euãge. Uos estis sal terre. 15. Credo nõ dicit. Offr. Desiderium anie. fo. 15. Sec. M unera qs̃s domine tibi dicata sctifica: vt meritis bti dñici cõfessoris tui: nob ꝓficiãt ad medelã. P. Cõio. Fidelis seruus. fo. 15.
C oncede qs̃s oṕs Cõpl'. deus: vt q pctõꝝ nostrorũ põdere ꝑmimur beati dñici ↄfessoris tui patrocinio sbleuemur. Per. Marie niuis Intr. Salue sctã parẽs. de btã virgine. 20. Kirie. Fons bonitatis.
O Oratio.
Mp̃s sempiterne deꝫ q ad ampliãdã laudẽ in hoc seculo gloriose ṽgis marie genitricis tue domũ insolita niue ꝑsignasti: confer opẽ famulis tuis: vt refrigerio gratie tue ardorẽ extinguamus libidinis: qtinꝫ in hac sacra solennitate tibi casto corpe ꝛ pura mẽte assistere valeamꝰ. Qui tecũ. Epl'a Ab initio ꝛ añ secula. fo. 20 Gr. Benedicta ꝛ venerabilis. 20 All'a. ℣. O consolatrix pauperũ. 20.
E ya sponsa chr̃i gau Prosa. de corde voce noua laude militans: ecclesia. E t celestes hierarchie iocundantur in hac die dulci cũ symphonia. T otus orbis colletetur totus chorus gratuletur supnorum ciuium. G enitricis illibate sp virginis btẽ assistunt festa niuium. Q ue nature cõtrariũ ex augusto ifinitũ fructũ ꝓfert gula. H omo deũ stella solẽ nata patrẽ ṽgo ꝓtem antiquũ iuuencula. N ouum creat

virgo virum dum sol virginale gyrum in estate medius. Lustrat magno cũ feruore niue dedit cũ algore miscuit contraria. Borem agit in stupore dũ nix dat̃ p̃ter more incõsuetũ patrie. Quid p̃tendit dũ scitur statim tellus apitur tue sub cultu latrie. Huius tẽpli de structura vidit visione pura pontifex liberius. Genitricẽ p̃cellentem nocte sibi colloquentem obedit celerius. Somno vidit cũ vxore matrẽ christi cum fulgore nobilis patricius. Laudans tẽplũ cõsumari ⁊ a cunctis venerari exequũt̃ cicius. Templum pulcrũ erexerũt ⁊ idẽ consecrauerũt virginis sub titulo. Qui signa clarent pura q̃ sunt fiunt a natura eius ammiuiculo. Quã p̃cemur corde puro vt non latet in obscuro noster tandem spũs. Sed in regno claritatis tũc collocet cũ beatis post presentis gemitus. Amen.

Euãge. Extollẽs q̃daz mulier de turba dixit ad iesũ. xi Credo. Ōr. Offer. Felix nãq̃ es. fo. v. Sec. Aspice de se de sctã tua: ⁊ cogita de nob in mediatricis nr̃e festiuitate o͞ps deus: quã iocũdo hodierna die niuiũ ĉdicasti miraculo: q̃ fulcitũ niuiũ p̃prietatibus sui sctissimi corpis olim p̃buit hospiciũ dño nostro iesu chr̃o filio tuo. Qui tecũ. Prefatio. Et te in veneratiõe. solẽnis. Cõio. Btã viscera. fo. xi. Cõpl. Deus q̃ ad declarãdũ gratiã ṽginis marie genitricis filij tui dñi nr̃i iesu christi in estiuus caloribus locũ i q̃ edificaret̃ ei tẽplum dignat⁹ es demõstrare: tribue q̃s: vt eius obsequijs insistẽtes refrigerato estu ꝯcupiscẽtie candore innocẽtie dealbent̃. Per eũd.

¶ In transfiguratione dñi Intr. Dñs dixit ad me. in gallicãtu natiuitatis dñi. fo. v. Kirie magne de⁹. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuũ mirabiliter trãsformatũ celit⁹ vtriusq̃ testamẽti patrib⁹ reuelasti. Da nob q̃s bñplaci-

tis tibi actibus ad eius sem per ↄtẽplandã ↄtingere glo riã: in q̃ tue paternitati op time ↄplacuisse testatus es. Qui tecũ. Lctõ epl'e btĩ petri apostoli. ij. Petri j.

Charissimi. Justũ arbi tror q̃diu sum in hoc taber naculo suscitare vos in com monitiõe. Cert⁹ q̃ velox est depositio tabernaculi mei: secũdũ q̃ ⁊ dñs noster Je sus christ⁹ significauit mihi Dabo aũt opam ⁊ frequen ter habere vos post obitum meũ: vt horũ omniũ memo riam faciatis. Nõ eñi indo ctas fabulas secuti notã fe cim⁹ vob dñi nostri iesu chri sti ṽtutẽ ⁊ p̃sciẽtiã: sed spe culatores facti illi⁹ magnitu dini. Accipiẽs eñi a deo pa tre honorẽ ⁊ gloriam: voce delapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius me⁹ dilectus in q̃ mi hi complacui ipsum audite. Et hãc vocẽ nos audiuim⁹ de celo allatã: cũ essemus cũ ipso in monte sancto. Et ha bemus firmiorẽ p̄pheticũ sermonẽ: cui bñfacitis attẽ dentes: q̃si lucerne lucẽti in caliginoso loco: donec dies elucescat ⁊ lucifer oriatur in cordib⁹ vestris. Gr. Tecuz principium. fo. 6. All'a. ℣. Dies sctificatus. in summa missa natiuitatis dñi. 8. Prosa

Hodie dies celebris quo placatus miseris deus demonstratur. Cuius vnigenitũ p̄fert iã in medium luce transformatum. Mentes vt alliciat infirmas ⁊ prouehat in supremũ statum. Ubi nexu liberi mortis lucidi sctĩ gloriant. Conformati luminis fõte sacri numinis vino debriati. Obsequũtur laudibus intẽtiq̃ vultibus sup speculantes. Hec pandit hodie mentes in cacumine chr̄o rutilante. Uocant patricij vatũ apl'ici ad tm̃ aspectum Declarat se dñm mortis ⁊ viuentium priscis nũciatum. Animant ceteri morti plecti auidi quã sancti formidarũt Aiunt testes solidi oi

145

gnitatis dñi quã nempe probarunt. Coheredes filios ad grandes et puulos pri aggregandos. Quibus tabernacula pstanda in gloria sunt iam pparata. Quorũ nos efficiat consortes qui pmiat in vita beata. Amẽ. S. dm Matheũ. xvij.

In illo tpe. Assumpsit iesus petruz et iacobum et iohannẽ fratrẽ eius: et duxit illos in montẽ excelsum seorsum: et trãsfiguratus est añ eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol. Vestimenta aũt eius facta sũt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses et helyas cum eo loquẽtes. Rñdẽs aũt petrus dixit ad iesuz. Dñe bonũ est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacl'a: tibi vnũ moysi vnũ: et helye vnũ. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbrabit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic ẽ filius me⁹ dilectus in q̃ mihi bñ cõplacui: ipm audite. Et audiẽtes discipl'i ceciderunt in faciẽ suã: et timuerũt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq; illis. Surgite et nolite timere. Leuantes aũt oculos suos neminẽ viderũt nisi solũ iesuz. Et descẽdẽtibus illis de mõte: pcepit eis iesus dicẽs. Nemini dixeritis visionẽ donec filı⁹ hoĩs a mortuis resurgat. Credo. Of. Intonuit de celo dñs et altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarum all'a. Sec. Suscipe q̃sumus dñe sctẽ pater oñs eterne deus mũera q̃ p gloriosa filij tui trãsfiguratiõe deferimus: et pcede ppici⁹: vt p hec a tẽporalib⁹ liberemur incõmodis: et gaudijs pnectamur eternis. Per eũdẽ.

Prefatio de sctã trinitate.

In splẽdoribus sctõrũ ex. Cõio. vtero ante luciferũ genui te. Cõpl.

Deus q hunc diẽ incarnati vbi tui trãsfiguratiõe: tueq; ad eum missa paternitatis voce psecrasti. Tribue qũs

vt diuinis pasti alimonijs i eius mereamur mēbra trās-ferri: q̄ in sui memoriā fieri p̄cepit: dñs nr̄ iesus chr̄us tuus. Qui tecū. ¶ In die sancti Laurēcij. Intr.

C Onfessio ꝛ pulcritudo in cō-spectu eius sctitas ꝛ magnificentia in sctificatione eius. Ps. Cantate dño canticū nouum cantate dño omīs terra. Glia. Kirieel. p octauas. Oro.

D A nob q̄s- omus ops deus viciorum nostroꝝ flāmas extinguere: q̄ btō laurēcio martire tuo tribuisti tormētoꝝ suorū icēdia supare. P. Lctō epl'e btī pauli apl'i. ij. Ad corinthios. ix.

F Ratres. Qui parce semiat: parce ꝛ metet: ꝛ q̄ seminat i bn̄dictiōibus: de bn̄dictiōib⁹ et metet. Unusq̄sq; put destinauit i corde suo: nō ex tristicia aut ex necessitate. Hilarē eni datorē diligit deus Potēs est aūt de⁹ oēm gratiaꝫ abūdare facere in vob: vt in oībus sp̄ oēm sufficiētiam habētes abundetis in oēe opus bonū: sicut scriptum est. Dispsit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet i seculū scl'i. Qui aūt amministrat semē seminātí: ꝛ paneꝫ ad mādurandū p̄stabit. Et multiplicabit semē vestrū: et augebit incremēta frugū iusticie vestre. Gr. P robasti dñe cor meum ꝛ visitasti nocte. V. Igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Alla. V. Leuita laurētius bonum opus opatus est: qui p signū crucis cecos illuminauit: ꝛ thesauros ecclesie dedit paupibus. Prosa dicit p totā octauā.

S Tola iocunditatis alla. I nduit hodie dominus militē suū laurentiū. S olito plaudat alacriter concio leta fidelium. H odie martir insignis hostiam deo placenteꝫ obtulit. H odie tormentum ignis grauiter examinatus ptulit. A nimatus ad certamē monitu beati senis. G rauissimis nō refugit exhibere mēbra per

146

nis. Ante regē accersitꝰ ꝛ de rebus conuenitꝰ occultis ecclesie. Sed nō cedit blandimentis emollitꝰ aut tormētis eius auaricie. Auditur valerianus ꝛ leuite larga manus dū petit inducias. Dat ministra charitatis pauperibus cōgregatis facultatū copiam. Urit igitꝰ prefectus ꝛ paratur ardens lectus insultantis viscera crates vrit aspera. Sudat martir in agone spe mercedis ꝛ corone q̄ datur fidelibus ꝑ christo certātibus. De cuius militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros ecclesie. Ut hūc ergo ꝑ patronū consequamur vite donū. In illius die festo chorus noster letus esto. Iocundū in ecclesia decantemus. all'a all'a. Scdm Johannē. xij

queadmodū respondeatis.
Ego enī dabo vob̄ os ⁊ sa
pientiā: cui non potuerūt re
sistere ⁊ ꝯtradicere oēs ad
uersarij vr̄i. Trademini āt
a parētibus ⁊ fratrib⁹ ⁊ co
gnatis ⁊ amicis: ⁊ morte af
ficiēt ex vob̄. Et eritis odio
oībus hoībus ꝓpter no
men meū. Et capillus de ca
pite vestro nō ꝑibit. In pa
cientia vr̄a possidebitis aīi
mas vestras. Offo. Letami
mini in dño ⁊ exultate iusti: ⁊ glo

riamini oēs recti corde. Offr.
Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebis sue bñdictus de⁹. allā. Offr.
Gloriabūt in te oēs qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu dñe benedicis iustis: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti eos. Offr.
Exultabunt sancti in gloria letabunt in cubilibus suis: exultatiōes dei in faucibus eorū. Offr. tempore pascali.
Confitebūt celi mirabilia tua dñe: et virtutē tuam in ecclesia sanctorū. allā allā. Offr. tpe pascali.
Repleti sum⁹ mane misīa tua: et exaltauimus et delectati sumus allā. Sec.
Plebis tue dñe mūera benignus intende q̄ maiestati tue scto⁊ martirū tuo⁊ pariterq̄ pōtificū. N. et N. meritis efficiatur accepta. Per. Secr.
Mūera tibi dñe nostre deuotiōis offerimus: q̄ et p tuorū tibi grata sit honore iustorum et nobis salutaria te miserāte reddāt. P. Cōio.
Multitudo languentium et qui vexabāt a spiritibus immūdis veniebant ad eū: q: virtus de illo exibat et sanabat oēs. Cōio tpe pascali.
Ego sum vitis vera et vos palmites q̄ manet in me et ego in eo hic fert fructū multū allā allā. Cōio tpe pascali.
Gaudete iusti in domino allā rectos decet collaudatio allā. Cōio.
Iustorū aīe in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientiū mori illi aūt sunt in pace. Cōio.
Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Cōio.
Posuerunt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilibus celi carnes sancto⁊ tuorum bestijs terre scdm magnitudinē brachij tui posside filios morti punicorū. Cōio.
Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his q̄ vos psequūtur. Cōio.
Et si coram hoībus tormenta pass. sunt deus tētauit eos: tanq̄ aurū in fornace pbauit eos: et sicut holocausta accepit eos. Compl.
Quesumus dñe salutarib⁹ repleti misterijs vt quorū solennia

175

celebramus eorū orationibus adiuuemur. P. Cōpl. Presta nobis qs dn̄e intercedētibus sanctis tuis. N et N. vt qd ore ꝯtingimus pura mēte capiamus. Per.

¶ De ꝯfessoribus Introit.

Sacerdotes tui dn̄e induant iusticia: ꝛ sancti tui exultent propter dauid seruum tuū non auertas faciem christi tui. Ps. Memento dn̄e dauid: ꝛ omnis mansuetudinis eius. Gl'ia pa. Intr.

Sacerdotes dei benedicite dn̄o sancti et humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o: laudate ꝛ super exaltate eū in secula. Gl'a. Intr.

Sacerdotes eius induant salutari ꝛ sancti eius exultatione exultabunt. Ps. Memento dn̄e dauid et oīs mā̄suetudinis eius. Gl'ia pri. Intr.

Statuit ei dn̄s testamentum pacis ꝛ principem fecit eum: vt sit illi sacerdocij dignitas in eternū. Ps. Misc'dias dn̄i in eternum cantabo. Gl'ia. Intr. de simplici ꝯfes.

Os iusti meditabit' sapientiā: et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē. Gl'ia. Oīo de pluribus confessoribus.

Presta qs dn̄e vt sicut nos sctōrū ꝯfessorū tuorum. N. et. N. natalicia celebrātes gratia tua nō d'seruit: ita iugiter suffragijs comitentur. Per. Oratio de ꝯfessore et pōtifice.

Omnipotens sempiterne deus q̄ es sanctorū tuorū splēdor mirabilis quiqꝫ hodie beatum N. ꝯfessorē tuū atqꝫ pontificē eterne btitudinis gloria sublimasti: ꝯcede ꝓpiti' vt cuius merita veneramur i terris intercessiōis eius auxilio apud tuā misc'diam muniamur in celis. Per. Oīo de simplici cōfesso.

Exaudi dn̄e p̄ces nr̄as q̄s in sancti ꝯfessoris tui. N. solēnitate deferim': vt q̄ tibi digne meruit famulari: ei' in

tercedẽtibus meritis ab oĩbus nos absolue pctis. ℣.
Lcõ. libri sapiẽtie. Ecclesiastici. xlv. c.

Ecce sacerdos magnus q̃ in diebus suis placuit deo: ⁊ inuẽtus est iustus: ⁊ in tpe iracũdie fact⁹ est recõciliatio. Nõ est inuẽtus simil illi q̃ ꝯseruaret legẽ excelsi Ideo iure iurãdo fecit illũ dñs crescere in plebez suã. Bñdictionem oĩm gentiũ dedit illi: ⁊ testamẽtũ suũ ꝯfirmauit super caput ei⁹. Cognouit eũ in bñdictiõibus suis: ⁊ conseruauit illi misc͞diam suã: ⁊ inuenit gratiã coram oculis dñi. Magnificauit eũ in cõspectu regũ: ⁊ dedit illi coronã glorie. Statuit illi testamentũ eternũ: ⁊ dedit illi sacerdotiũ magnũ: ⁊ beatificauit illũ in gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudez in noĩe ip̄ius. Et offerre illi incensuz dignũ in odorẽ suauitatis. Lcõ. libri sapiẽtie. Ecclesiasti. l.

Ecce sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domũ: ⁊ in diebus suis corroborauit tẽplum. Tẽpli etiaz altitudo ab ipso fundata est: duplex edificatio ⁊ excelsi parietes tẽpli. In dieb⁹ ip̄ius emanauerũt putei aquaꝝ: ⁊ quasi mare adipleti sunt sup̄ modum. Qui curauit gentẽ suam: ⁊ liberauit eũ a ꝑditiõe Qui p̄ualuit amplificare ciuitatẽ q̃ adeptus est gloriã in ꝯuersatione gentis: ⁊ ingressum domus ⁊ atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebule: ⁊ q̃si luna plena ĩ dieb⁹ suis lucet. Et q̃si sol refulgẽs sic ille effulsit in tẽplo dei. Quasi arcus refulgẽs inter nebulas glorie: ⁊ q̃si flos rosarũ in dieb⁹ vernis: ⁊ quasi lilia q̃ sunt in trãsitu aque: et q̃si thus redolãs in odorẽ suauitatẽ. Lcõ. libri sapi. Ecc'ia. xlv

Dilect⁹ deo

176

et hominibus cuius memoria in bñdictiōe est. Similē illū fecit in gloria sctōrum: ꝛ magnificauit eū ī timore inimicorū: ꝛ in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illū in ꝯspectu regū: ꝛ iuuit illū corā pplo suo: ꝛ ostendit illi glorā suā. In fide ꝛ lenitate ipius sanctū fecit illum: ꝛ elegit eū ex omni carne. Audiuit eñ eū ꝛ vocē ipius: ꝛ īduxit illū ī nube. Et dedit illi cor ad pcepta: et legē vite ꝛ disciplīe. Lcō. libri sapientie. Ecclia. xxiiij. et xlvij.

Dedit dñs confessionē scto suo ꝛ excelso in vbo glie. De omni corde suo laudauit dñm: ꝛ dilexit deum q fecit illuz. Et dedit illi ꝯtra inimicos potentiā. Et stare fecit cātores ꝯtra altare: ꝛ in sono eoꝝ dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus: ꝛ ornauit tēpora vsqꝫ ad ꝯuersationem vite. Christus purgauit pctā ipius: ꝛ exaltauit in eternū cornu ipi⁹. Sapiētia laudabit animā suā: ꝛ ī deo honorificabit ꝛ ī medio populi sui gloriabit. Et ī ecclesijs altissimi apiet os suū: et in ꝯspectu vtutis illi⁹ gloriabitur. Et ī medio ppli exaltabit: ꝛ in plenitudine sancta admirabit. Et in multitudine electoꝝ habebit laudē ꝛ inter bñdictos bñdicetur

Lcō. libri sapiētie. vij.

Optaui ꝛ datus est mihi sensus ꝛ īuocaui: ꝛ venit in me spūs sapiētie. Et pposui illā regnis ꝛ sedibus. Et diuitias nihil esse dixi in cōparatiōe illi⁹. Nec cōparaui illi lapidē pciosuz: qm omne aurū in cōparatiōe illius arena est exigua: ꝛ tanqꝫ lutuz estimabit argentū in cōspectu illius. Sup salutē et speciē dilexi illā: ꝛ pposui p luce habere illā: qm inextinguibile est lumē illi⁹. Venerunt aūt mihi oīa bona pa

riter cum illa: ꝛ innumera-
bilis honestas ꝑ man⁹ illius
Et letatus sum in om̄ibus:
qm̄ an̄cedebat me ista sapi-
entia: ꝛ ignorabā qm̄ bono-
rum oīm mater est. Quā si-
ne fictione didici: ꝛ sine inui-
dia cōmunico: ꝛ honestatē
illius nō abscōdo. Infinit⁹
em̄ thesaur⁹ est hoībus quo
qui vsi sunt ꝑticipes fcti sunt
amicicie dei. Lctō eplē bti
pauli aplī. Ad hebreos. vij

FRēs. Plures facti sunt
sacerdotes scđm legē
idcirco ꝙ morte ꝓhiberent
ꝑmanere. Jesus autē eo ꝙ
maneat in eternū sempiter
num habet sacerdociū. Un-
de ꝛ salutare imppetuū pōt
accedēs ꝑ semetipm̄ ad de-
um: sp̄ viuēs ad interpellā-
dum ꝓ nobis. Talis em̄ de
cebat vt nobis esset pōtifex
sctūs innocens: īpolut⁹: seg-
gregat⁹ a pctōrib⁹ ꝛ excel-
sior celis factus. Qui nō ha
bet q̄ttidie necessitatē quē-
admodū sacerdotes pri⁹ ꝓ
suis delictis hostias offer-
re: deinde ꝓ ppl'i. Hoc em̄
fecit semel se offerendo dn̄s
noster ies⁹ chr̄us. Lcō eplē
bti pauli aplī. Ad hebre. v

FRēs. Oīs nāq₃ ponti-
fex ex hoīb⁹ assūpt⁹ pro
hoībus ꝯstituit in his q̄ sunt
ad deū: vt offerat dona ꝛ sa
crificia ꝓ pctis. Qui ꝯdole
re possit his q̄ ignorāt ꝛ er-
rant: qm̄ ꝛ ipe circūdat⁹ est
īfirmitate ꝛ ꝓpterea debet
quēadmodū ꝓ populo: ita
etiā ꝓ semetipso offerre pro
pctis. Nec quisq₃ sumat si-
bi honorē: sed q̄ vocat a deo
tanq₃ aaron. Sic ꝛ christus
nō semetipm̄ clarificauit vt
pontifex fieret: sed q̄ locut⁹
est ad eū. Filius me⁹ es tu:
ego hodie genui te. Quem
admodū ꝛ in alio loco dicit.
Tu es sacerdos in eternū: se
cūdū ordinē melchisedech.
Sacerdotes eius induāt sa- Sa-
lutari: ꝛ sctī eius exultatione exul-

177

tabunt. ℣. Illuc producam cor-
nu dauid: paraui lucernam chri-
sto meo. Sp. Ecce sacerdos ma
gnus qui in diebus suis placuit deo
℣. Non est inuentus similis illi q̄ cō
seruaret legē excelsi. Sp. Iura-
uit dn̄s et nō penitebit eum: tu es sa-
cerdos ineternū scd̄m ordinem mel-
chisedech. ℣. Dixit dn̄s domino
meo sede a dextris meis. Grad.
Os iusti meditabitur sapientiam: et
lingua eius loq̄tur iudiciū. ℣. Lex
dei eius in corde ipsius: et non supplā
tabunt̄ gressus eius. Alla. ℣. Iu-
rauit dn̄s et non penitebit eū: tu es
sacerdos ineternū scd̄m ordinē mel-
chisedech. Alla. ℣. Iste sanctus
digne in memoria vertitur homini:
qui ad gaudiū transijt angelorum.
Alla. ℣. Inueni dauid seruum
meū: oleo sctō meo vnxi eum. Alla
℣. Iustum deduxit dn̄s p vias re-
ctas: et ostendit illi regnū dei. Alla
℣. Iustus germinabit sicut liliū: et
florebit ineternū ante dn̄m. Alla.
℣. Iste est qui an̄ deum magnas
virtutes operatus est et oīs terra do-
ctrina eius repleta est. Tractus
de pluribus confessoribus.
Qui seminant. vt s. de martiri-
bus fo. x. Tract' de vno cō-
fessore.
Beatus vir qui ti-
met dominū in mādatis eius
cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit
semen eius generatio rectorū bndi-
cetur ℣. Gl'ia et diuicie in domo ei'
et iusticia eius manet in seculū scl'i.
Prosa d' cōfessore et pōtifice.
Ad laudes saluatoris vt mēs
incitet̄ humilis. Senciant
hanc diem iusta de causa celebrem'.
Gaudeat et se se sic pya vota pro-
mere. Hac die celorū secreta pe-
ciūt lux pontificū. Iugiter in cho-
ro sctōrum splendēs vt sydus aureū
Et gaudium angelis factum est ex
aduētu comparis. Auisse quē an-
gelū dn̄i cōstat exercituum. Qui
cuiq̄ suū tritici dans mensurā ad fi-
dei cautas cōgregans ouiculas lu-
pi p̄uidit insidias. Fidelis et pru-
dens credita distribuens. Hic de-
dit ad mēsam dn̄i pecuniam vt dig-
nam faceret vsuram. Btūs hic ser-
uus quē cū venerit dn̄s ita inuene-
rit. Probatū terra sup oīa sta-

tuet illum in patria. Ad tanti patris gloriã celebrandam clera concinat laudẽ dignaz et pplus letis rũdeat vocib⁹. Dicamus oẽs cernui tanto pr̃i iungat se suo grex pastori et p̃cibus fusisq lacrimis clamem⁹. Pastor bone miserere ecclesie tuis q̃ p̃cibus refoue. Cõfer opẽ plebi tue p̃ces attẽde z pro iuuamine maculas dilue. In via nos adiuua et colloca in patria redde q̃ speram⁹ bona.

De simplici cõfessore. Prosa.

Dilectus deo z hominib⁹ z erit angelicus aspectus eius. Verbũ vite lingua eius: et qui dilexerit eam btũs. Labia eius mirra ꝓbatissima guttur eius dulcia rutilans aromata. In circuitu dentiũ eius fortitudo ibi erit sapiẽtia cũ consilio. Corpus illius q̃si scutũ sculptile ornatum gemmis vndiq. Via illius quasi via simplicis liberator in angustijs. Quis inuenit faciẽ ei⁹ ip̃e deus fortis potens z consiliarius. Et in fide z lenitate sctm̃ fecit illũ dñs deus op̃s. Ora scte ꝯfessor deine damnemur cum impijs in die iudicij. Qui te inierit verba sapiẽtie habebit spẽ vite sempiterne.

Prosa de quolibet sancto.

Hic vir sanctus cuius hodie celebrantur solẽnia. Iaz reuelata facie regẽ cernit in glia. Illic regina virginũ transcendẽs culmẽ ordinum. Excuset apud dñm nrorũ sordes criminum. Nos ad eandẽ glam p ipius suffragia. Post p̃sentem miseriã chri pducat gratiã.

Scd̃m mathe. um xxiiij.

In illo tempe. Dixit ie. dis. suis. Vigilate ergo q: nescitis q̃ hora dñs vester vẽturus sit. Illud autẽ scitote: qm̃ si sciret paterfamilias q̃ hora fur vẽturus esset: vigilaret vtiq z nõ sineret pfodi domũ suaz. Ideo z vos estote pati: q: qui nescitis horã fili⁹ hominis vẽturus est. Quisputas est fidelis seruus z prudẽs: quẽ ꝯstituit dñs supra familiam suã: vt det illis cibũ in tpe: Btũs ille seru⁹ quẽ cuz venerit dñs eius: inuenerit sic facientẽ. Amẽ dico vobis

178

qm̄ sup̄ om̄ia bona sua constituet eū. Scd̄m Lucā. xix

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis pabolā hanc. Hō q̄dā nobilis abijt in regionē lōginquā accipe sibi regnū: ⁊ reuerti. Uocatis aūt decē suis suis dedit illis decē mnas: et ait ad illos. Negociami duȝ venio. Ciues aūt eius oderāt eū: et miserūt legationē post illuȝ dicētes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno iussit vocari seruos suos q̄bus d̄dit peccuniā: vt sciret quantū q̄sq; negociat⁹ esset: Uenit aūt p̄mus dicēs. Domie mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone: q: in modico fuisti fidelis: eris p̄tātem habens sup̄a decē ciuitates. Et alter venit dicens. Dn̄e mna tua fecit q̄nq; mnas. Et huic ait. Et tu esto sup̄ q̄nq; ciuitates. Et alter venit dicēs Dn̄e ecce mna tua quā habui repositā in sudario. Timui eñ te: q: hō auster⁹ es: tollis qd̄ non posuisti: ⁊ metis qd̄ nō semiasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico fue neq̄. Sciebas q̄ ego hō austerus sum: tollēs qd̄ nō posui: ⁊ metēs qd̄ nō seminaui. Et q̄re nō dedisti pecuniaȝ meā ad mensaȝ: ⁊ ego veniens cū vsuris vtiq; exegisseȝ illā: Et astātibus dixit. Auferte ab illo mnā: ⁊ date illi qui decē mnas habet. Et dixerūt ei. Dn̄e habet decem mnas. Dico aūt vob̄ q: oī habēti dabitur ⁊ abūdabit. Ab eo aūt q̄ nō habet ⁊ qd̄ habet auferēt ab eo. Uerūtamen inimicos illos q̄ noluerunt me regnare sup̄ se: adducite huc interficite añ me Et his dictis p̄cedebat ascēdens hierosolimaȝ. Scd̄m Lucā. xij.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Sint lūbi vr̄i p̄cincti

et lucerne ardentes in mani-
bus vestris. Et vos similes
hoībus expectantibus dn̄m
suū3 qn̄ reuertat̄ a nuptijs:
vt cū3 venerit ⁊ pulsauerit
ꝯfestim aperiāt ei. Beati ser-
ui illi quos cū venerit domi-
nus īuenerit vigilātes. Am̄
dico vobis ꝙ pcinget se: et
faciet illos discūbere ⁊ trā-
siens mīstrabit illis. Et si ve-
nerit in secunda vigilia: ⁊ si
in tertia vigilia venerit ⁊ ita
inuenerit: bti sunt serui illi.
Hoc aūt scitote: qm̄ si sciret
paterfamilias q̄ hora fur ve-
niret: vigilaret vtiq3 ⁊ non
sineret pfodi domum suā3.
Ideo ⁊ vos estote pati: qa
qua hora nō putatis fili⁹ ho-
minis veniet. Ait aūt ei pe-
trus. Dn̄e ad nos dicis hāc
pabolā an ⁊ ad om̄s? Dixit
autē dn̄s. Quis putas est fi-
delis dispensator ⁊ prudēs
quē ꝯstituit dn̄s supra fami-
liam suam: vt det illis in tpe
tritici mēsurā? Btūs ille ser-
uus quē cū venerit dn̄s inue-
nerit ita facientē. Uere dico
vobis qm̄ supra oīa q̄ possi-
det ꝯstituet illū. Scd3 ma-
thei. v.

In illo tpe. Dixit ie. dis. suis. Uos estis
sal terre. Qd̄ si sal euanuerit
in quo saliet̄. Ad nihilū va-
let vltra nisi vt mittat̄ foras
et ꝯculcet̄ ab hoībus. Uos
estis lux mūdi. Non pōt ci-
uitas abscōdi supra monte3
posita: neq3 accendūt lucer-
nam ⁊ ponunt eam sub mo-
dio sed sup cādelabrū: vt lu-
ceat oībus q̄ in domo sunt.
Sic luceat lux vestra cora3
hoībus: vt videāt vestra bo-
na opa ⁊ glorificent patrem
vestrū q̄ in celis est. Nolite
putare: qm̄ veni soluere le-
gem aut pphetas. Non em̄
veni soluere legē sed adim-
plere. Am̄ qppe dico vobis
donec trāseat celū et terra:
iota vnū aut vn⁹ apex nō p-
teribit a lege: donec oīa fiāt.
Qui ergo soluerit vnum de

179

mandatis istis minimis: et docuerit sic hoies: minim⁹ vocabitur in regno celorũ. Qui aũt fecerit et docuerit: hic magn⁹ vocabit̃ in regno celoꝝ. Offã. Ueritas mea et misc̃dia mea cũ ipso: ꝛ in nomie meo exaltabit̃ cornu eius. Offã. Inueni dauid seruũ meũ ꝛ oleo sancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabit̃ ei: et brachiũ meũ confortabit eum. Offã. de simplici cõfessore. Desiderium anime eius tribuisti ei dñe: ꝛ volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Sec̃. de pluribus ꝯfessoribus. Munera plebis tue qs̃ domie sctõꝝ tuorũ tibi fiant grata suffragijs: ꝛ ꝑ quorũ cõmemoratiõe tuo nomini offerũtur: ipsoꝝ digna efficiantur et meritis. Per. Sec̃. d cõfes. ꝛ põtifice. Propiciare dñe supplicatiõibus nostris et interueniẽtibus ꝓ nobis btõ. N confessore tuo atq̃ põtifice his sacramẽtis celestibus seruientes: ab oĩ culpa nos liberos esse cõcede: vt purificãte nos gratia tua eisdẽ qbus famulamur misterijs emũdemur. P. Sec̃ de ꝯfessore simplici Intercessio qs̃ dñe bti. N ꝯfessoris tui mũera nostra comẽdet: nosq̃ ei⁹ veneratio sancta maiestati tue reddat acceptos. P. Cõio. Btũs seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis sup̱ omnia bona sua cõstituet eũ. Cõio. Domine quinq̃ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq̃ sup̱ lucrat⁹ sum: euge: serue fidelis q2 in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituã: intra in gaudium dñi tui. Cõio. Fidelis seruus ꝛ prudens quẽ cõstituit dñs sup̱ familiã suã vt det illis in tp̃e tritici mensuram. Cõio. Semel iuraui in sctõ meo: semen eius ineternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo: ꝛ sicut luna ꝑfecta ineternum ꝛ testis in celo fidelis. De plurib⁹ ꝯ. s. Cõpl̃. Natalicijs sctõꝝ tu-

orum et sacramenti tui dñe muñere vegetati quẽsumus: vt bonis quibus per gratiã tuã nũc fouemur perfruamur eternis. Per. Cõpl. de pfes. et põtifi

Sancti tui dñe pfessoris ce. atque põtificis. N. tribue nobis supplicatione refoueri: vt cuius depositionẽ annuo celebram⁹ obseqo: ei⁹ apud te intercessiõibus et meritis emũdemur. P. Cõpl. de pfes. simpli. Q. uẽs ops ds: vt q celestia alimẽta pcepim⁹: intercedente btõ. N. pfessore tuo p hec cõtra oĩa aduersa mũiamur: et ad eterna cõsequẽda spes nob suppetat et facultas. Per. ¶ De virginibus et de electis simul.

Gaudeamus oẽs in dño diem festum celebrantes in honore sanctarum virginũ de quarum passione vel. in honore. N. virginis de cuius passione. vel. solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Exultate iusti in dño rectos decet colaudatio. Gl'ia. vel Ps.

Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Gl'ia. Intr.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie p cõsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gl'ia.

Loque. Intr. bar de testimonijs tuis in cõspectu regũ et nõ cõfundebar: et meditabar in mãdatis tuis q dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gl'a.

Me expectauerunt Intr. pctõres vt perderẽt me: testimonia tua dñe intellexi: oĩs consumatiõis vidi finem latũ mandatũ tuũ nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Gl'a.

Oõ de vgine et martire.

Deus q nos hodie N. virgis et martiris tue annua solennitate letificas: cõcede ppiti⁹: vt eius adiuuemur meritis cui⁹ castitatis irradiamur exẽplis. P.

De virgine nõ martire.

Indulgentiam no- Oõo

bis dñe qsis btã. N. virgo imploret: q̃ tibi grata sp̄ extitit: et merito castitatis: et tue ꝓfessiōe v̓tutis. Per d.

De plurib' v̓ginib'. Orō.

DEus qui nos sanctarū virginū tuarū N. ꝛ N. tēporali facis cōmemoratione gaudere: ꝯcede ꝓpitius vt earū suffragātibus meritis ab imminētibus pctōꝝ nostroꝝ ꝑiculis liberemur. Per.

Oratio d̓ vidua

OMnīps sempiterne de' misc̄diam tuam tuis ostēde supplicib': vt q̃ de meritoꝝ q̄litate diffidim' intercedēte beata. N. electa tua non iudiciū tuū sed indulgentiā ꝯseq̄mur. Per.

De vna virgie. Lctō libri sapiētie. Ecclesiastici. li.

COnfite-bor tibi dñe rex ꝛ collaudabo te deū saluatorem meū. Confitebor nomi tuo: qm̄ adiutor ꝛ ꝓtector factus es mihi: ꝛ liberasti corpus meū a ꝑditiōe. A laqueo lingue inique: ꝛ a labijs operantiū mendaciū. Et in ꝯspectu astantiū factus es mihi adiutor. Et liberasti me secūdum multitudinez misc̄die nois tui. A rugiētibus p̄paratis ad escā de manib' querētium animā meā: ꝛ de multis tribulatiōibus q̃ circumdederūt me. A p̄ssura flāme q̃ circūdedit me: ꝛ in medio ignis nō sum estuata. De altitudine vētris inferi: ꝛ a lingua coinq̄nata ꝛ a v̓bo mēdacij. A rege iniquo: ꝛ a lingua iīusta liberasti me. Laudabit vsq3 ad mortem aīa mea dñm: ꝛ vita mea appropinquās erat in inferno deorsuz. Circūdederūt me vndiq3: ꝛ nō erat q̃ adiuuaret. Respiciēs erā ad adiutoriū hoim ꝛ non erat. Memorata suz misc̄die tue dñe ꝛ coopatiōis tue q̃ a seculo sunt: qm̄ eruis sustinētes te dñe: et liberas eos de manu odientiū dñe de' noster. Lctō

libri

libri sapiẽtie. Eccl'ia. vltio.

D Omine deus meus ex-
altasti sup terrã habi-
tationẽ meã: ⁊ ꝓ morte de-
fluenti depcata sum. Inuo-
caui dñm patrẽ dñi mei: vt
non derelinq̃t me in die tri-
bulatiõis mee: ⁊ in tpe sup-
borũ sine adiutorio. Lauda
bo nomẽ tuũ assidue: ⁊ col-
laudabo illud in ꝯfessiõe: et
exaudita est oratio mea. Et
liberasti me de perditiõe: ⁊
eripuisti me de tpe iniquo.
Propterea ꝯfitebor ⁊ lau-
dem dicã tibi: ⁊ bñdicã no-
mini tuo dñe deus nr̃. Lcõ
epl'e beati pauli apl'i. ij. Ad Corinth. x. ⁊ xj.
F Ra-
tres. Qui gloriat̃ in do
mino glorieẗ. Non em̃ q se-
ipsum comẽdat ille ꝓbatus
est sed quẽ deus comẽdat.
Utinã sustinueritis modicũ
qd insipentie mee: sed sup-
portate me. Emulor em̃ vos
dei emulatione. Despondi
em̃ vos vni viro virginẽ ca
stã exhibere chr̃o. De plu-
ribus ṽginibus. Lctõ epl'e
beati pauli apl'i. ⁊c. Ad co-
rinthios. vij.
F Ratres.
De ṽginibus ꝓceptuꝫ
dñi non habeo: ꝯsiliũ ãt do
tãq̃ȝ miscdiam ꝯsecut⁹ a deo
vt sim fidelis. Existimo em̃
hoc bonũ esse ꝓpter instan-
tem necessitatẽ: qm̃ bonum
est homini sic esse. Alligat⁹
es vxori noli q̃rere solutio-
nem. Solutus es ab vxore:
noli q̃rere vxorẽ. Si aũt ac-
cepis vxorẽ nõ peccasti. Et
si nupserit virgo: nõ pecca-
uit. Tribulationẽ tñ carnis
habebũt huiusmõi. Ego au-
tem vobis parco. Hoc ita-
q̃ȝ dico fratres. Tẽpus bre-
ue est. Reliquũ est: vt ⁊ qui
habẽt vxores tanq̃ȝ nõ ha-
bentes sint. Et q flent tanq̃ȝ
non flẽtes. Et q gaudẽt tan-
q̃ȝ non gaudẽtes: ⁊ q emunt
tanq̃ȝ non possidẽtes. Et q
vtũtur hoc mũdo tanq̃ȝ nõ
vtanẗ. Preterit eniꝫ figura

C

huius mūdi. Volo aūt vos sine sollicitudine esse. Qui aūt sine vxore est: sollicitus est q̄ dn̄i sūt quō placeat d̄o. Qui aūt cū vxore est: sollici tus est q̄ sunt hui⁹ mūdi quō placeat vxori: ⁊ diuisus est. Et mulier inupta ⁊ v̊go co- gitat que dn̄i sunt: vt sit san cta corpe ⁊ spū. In chr̄o ie- su dn̄o nostro. De vidua si- ne electa. Lcō. libri sapiētie prouerbiorum. xxxj.

Mulierē fortem q̄s in- ueniet: Procul: ⁊ de vltimis finibus p̄cium eius. Confi- dit i ea cor viri sui: ⁊ spolijs nō indigebit. Reddet ei bo num ⁊ non malū: oībus di- ebus vite sue. Quesiuit la- nam ⁊ linū: ⁊ opata est cōsi- lio manuū suaruz. Facta est q̄si nauis institoris: de lōge portās panē suū. Et de no- cte surrexit deditq̄ p̄dā do mesticis suis: ⁊ cibaria an- cillis suis. Cōsiderauit ag- rum ⁊ emit eū de fructu ma nuū suaꝝ plātait vineā. Aci cinxit fortitudine lūbos su- os: ⁊ roborauit brachiū su- um. Gustauit ⁊ vidit q: bo na est negociatio eius: non extiguet̄ i nocte lucerna ei⁹. Manū suā misit ad fortia: ⁊ digitti ei⁹ app̄henderūt fu- sum. Manū suā apuit inopi et palmas suas extendit ad pauperē. Non timebit do- mui sue a frigoribus nimis. Oēs eñ domestici eius ve- stiti sunt duplicib⁹. Stran- gulatā vestē fecit sibi: byssus et purpura indumentū ei⁹. Nobilis in portis vir eius: qn̄ sederit cū senatorib⁹ ter- re. Sindonē fecit ⁊ vēdidit ⁊ cigulū tradidit chananeo Fortitudo ⁊ decor indumē- tū eius: ⁊ ridebit in die no- uissimo. Os suū aperuit sa- pientie: ⁊ lex clemētie in lin- gua eius. Cōsiderauit semi tas domus sue: ⁊ panē ocio- sa non comedit. Surrexerūt filij eius ⁊ beatissimā p̄dica-

uerunt: vir eius ꝛ laudauit eam. Multe filie ɔgregaue rūt diuicias: tu supgressa es vniuersas. Fallax gratia et vana est pulcritudo: mulier timēs dn̄m ip̄a laudabitur. Date ei de fructu manuū su arum: ꝛ laudēt eā in portis opa eius. Gr. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝑpterea benedixit te deus ineternū. ℣. Propter veritatē ꝛ mansuetudinē ꝛ iusticiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tuā: qꝛ concupiuit rex speciem tuā. ℣. Specie tua et pulcritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. Gr. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non cōmouebit. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sctificauit tabernaculū suū altissimus. Gr. Specie tua ꝛ pulcritudine tua: intende prospere ꝓcede ꝛ regna. ℣. Propter veritatē ꝛ mā̄suetudinē ꝛ iusticiā: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝑpterea benedixit te deus ineternū. Alla. ℣. Egregia sponsa christi implora ꝑ nobis dn̄m iesum christū. Alla. ℣. Adducentur regi virgines post eā: ꝓxime ei offerentur tibi in leticia. Alla. ℣. Specie tua ꝛ pulcritudine tua: intende prospere procede et regna.

Tract' d̄ pluribus v̄ginib' et d̄ vna v̄gine martir̄. Qui seminā̄t. vt s̄. de martirib'. s.

Tractus de virgie nō martire ꝛ de electa. Audi filia et vide ꝛ inclina aurē tuā: qꝛ concupiuit rex speciem tuā. ℣ Vultū tuū dep̄cabuntur oēs diuites plebis filie regū in honore tuo. ℣. Adducenꝰ regi v̄gines post eā: ꝓxime eius offerenꝰ tibi. ℣. Adducentur in leticia et exultatiōe: adducenꝰ in templuz regis.

Prosa de vna virgine et de pluribus simul.

Exultent filie syon in rege suo nescientes thorū delicti crimine sordidatū. Quarū christe spōsus virginū virgīs est filius. Cuius gratie mira opa in sanctis tuis sunt edita. Que das cernere hac i virgine cuius hec festa sunt hodie. Que fra-

182

gili sexu femineo viriliter carnis iu-re domito. Angelicã hec vitã duxe-rat in carne dũ preter carnẽ vixerat. Hoc miratꝰ serpens antiquus cal-caneũ eius obseruare callidus. Qui n. cere dũ machinatꝰ sub pedibus fe-mine caput eius teritur. Insidias hostis hãc christe docuisti virginem vincere in prima congressiõe. Dũ nõ consentiret sed illi resisteret vin-cere qui solet tentatus si nõ repug-net. Quẽ hec ꝟgo resistens a se fe-cit fugere. Quo fugato appropin-quauit tibi dñe. Nunc inter vir-gines adducta post eamq; mater est intacta virginũ virginis marie di-gna est pedissequa. Te agnum si-ne macula iaz sequitꝰ stola cãdida fi-lium virginis quocũq; virginũ flos ferit. Cuius intercessione tu nos tuere. Prosa q̃ de q̃libet sctõ

Hec est sancta (potest dici.) cuius hodie celebrantur solẽ-nia. Iam reuelata facie regẽ cer-nit in gloria. Illic regina virginũ transcẽdens culmẽ cordium. Ex-cuset apud dñm nostrorũ sordes cri-minũ. Nos ad eandẽ gloriã ꝑ ip-sius suffragia. Post presentẽ mise-riam christi pducat gratiam. Se-

cundum Matheũ. xxv.

In illo tpe. Dixit iesus dis. su. pabolam hãc. Simi-le est regnũ celorum decem virginibꝰ: q̃ accipiẽtes lam-pades suas exierũt obuiam sponso ⁊ sponse. Quinq; au-tem ex eis erãt fatue: et q̃n-q; prudẽtes. Sed quinq; fa-tue acceptis lãpadibus non sumpserũt oleũ secũ. Prudẽ-tes vo acceperũt oleũ in va-sis suis cũ lãpadibꝰ. Morã aũt faciente spõso: dormita-uerũt omnes ⁊ dormierunt. Media aũt nocte clamor fa-ctus est: ecce sponsus venit: exite obuiã ei. Tũc surrexe-runt oms virgines ille ⁊ or-nauerunt lãpades suas. Fa-tue aũt sapiẽtibus dixerũt. Date nob de oleo vr̃o: quia lãpades nostre extinguũtur. Rñderũt prudẽtes dicẽtes Neforte non sufficiat nob et vobis: ite potius ad vẽden-

tes ꝛ emite vobis. Dū aūt irent emere: venit spōsus et que pate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniunt ꝛ relique ꝟgines dicentes. Dn̄e dn̄e aperi nob. At ille rn̄dēs ait. Amē dico vobis nescio vos. Uigilate itaqꝫ q꞉ nescitis diē neqꝫ horā.

Scd̄m Matheum. xiij.

In illo tpe. Dixit iesus dis. su. pabolā hanc. Simile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro: quē q̄ inuenit hō abscōdit: ꝛ p̄ gaudio illius vadit ꝛ vēdit vniuersa q̄ habet ꝛ emit agrū illū. Iteꝝ simile est regnū celoꝝ homini negociatori querēti bonas margarithas. Inuēta aūt vna p̄ciosa margaritha: abijt ꝛ vēdidit oīa q̄ habuit ꝛ emit eā. Iteꝝ simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare: ꝛ ex omni genere pisciū ↄgregāti. Quā cū impleta esset educētes ꝛ secus littus sedētes: elegerūt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserunt. Sic erit in ↄsumatiōe scl'i. Exibūt angeli ꝛ seperabūt malos de medio iustoꝝ: et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus ꝛ stridoꝛ dentiū. Intellexistis hec oīa? Dicunt ei. Etiā. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorū similis est homini patrifamilias: q̄ pfert de thesauro suo noua ꝛ vetera. Offer.

Offerēt regi virgines pxime eius offerent tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi dn̄o.

Offerent regi ꝟgines post Offer. eā pxime eius offerent tibi. Offer.

Filie regum in honoꝛe tuo astitit regia a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Offer.

Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus in eternum et in seculū scl'i. Sec. de virgine et martire. Suscipe domine mūera q̄ in beate. N. virginis ac martiris tue solēnita

183

te deferimus cuius nos cõfidimus patrocinio liberari Per. De virgine nõ martire. Secr. H ostias dñe q̃s tibi offerimus propitius respice: et intercedente beata N. virgine tua vincula peccatorũ nr̃orũ absolue. Per. De plurib⁹ v̄ginibus. Secr. M unera dñe q̃ nomini tuo p solẽnitate sanctarũ virginum tuarũ. N. et N. offerimus: earũ p̄cibus tibi grata fieri suppliciter exoramus. Per De vidua. Secr. G rata tibi sint q̃s dñe mũera quibus beate N. electe tue magnificentiaz honoramus solẽnitatẽ et aniarũ corporũq̃ imploram⁹ sospitatẽ. P. D iffusa est gratia in labijs Cõio tuis ppterea bñdixit te deus ineternum. Cõio Q uinq̃ prudentes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cũ lampadibus: media aũt nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiã chr̃o dño. Cõio. S imile est regnũ celorũ homini negociatori q̃renti bonas margarithas: inuẽta vna preciosa margaritha dedit oĩa bona sua et comparauit eam. D ilexisti iusticiam et odisti Cõio. iniquitatem: ppterea vnxit te deus deus tuus. Cõio. C õfundãt superbi q: iniuste iniquitatẽ fecerunt in me ego aũt in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt nõ confundar. Cõpl: de v̄gie et martire. S ancte v̄ginis ac martiris tue. N. p̄cibus cõfidentes q̃s dñe: vt p ea q̃ sumpsimus eterna remedia capiam⁹. Per. Cõpl. de virgine nõ martire. S ãctificet nos q̃s dñe tui pceptio sacramẽti et intercessiõe btẽ N. v̄ginis tue tibi reddat acceptos. P. Cõpl. de plurib⁹ v̄ginib⁹. M ũera tua domine nos supplicatiõe scõrum virginũ. N. et N. a delectatiõibus terrenis nos expediant et celestib⁹ reficiãt sacramẽtis. P. De vidua. Cõpl. S ãcta libãtes mũera q̃s oĩps deus: vt nob eadez sint

salutaria: et sacrosancte. N electa tue intercessione nos ab omni adversitate ptegat. Per. ¶ De dña officiu coe qd dicit post trinitatis usque ad adventu et post purificatione usque ad pasca. Intro.

Salve sancta parens enixa puerpera rege: qui celuz terraque regit in secula sclo rum. Ps. Senciant oms tuum iuvame quicumque celebrant tua comemorationem. Gl'a. Et in terra. Post lxx. usque ad pasca omittit. Oro.

Concede nos famulos tuos qs dñe deus noster: ppetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie sp virginis intercessione: a psenti liberari tristicia et eterna pfrui leticia. P. Lectio libri sapientie. Eccl'ia. Ab initio et ante secl'a creata sum: et usque ad futuru scl'm no desinam: et in habitatione scta coram ipso ministravi. Et sic in syon firmata sum: et in civitate sctificata similiter requievi et in irl'm potestas mea. Et radicavi in ppl'o honorificato: et in partes dei mei hereditas illi9: et in plenitudine sctoru detentio mea. Grad.

Benedicta et venerabilis es virgo maria q sine tactu pudoris inventa es mater salvatoris. V. Virgo dei genitrix que totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. All'a. V. Virga yesse floruit virgo deu et hominem genuit pace deus reddidit in se recocilians yma summis. All'a. V. Felix es sacra virgo maria et omni laude dignissima: qr ex te ort9 est sol iusticie. All'a. V. O cosolatrix pauperum maria tuis pcib9 auge virtutu munera in charitate chri qs tu de mortis manib9 p filiu humiliu mater eripuisti. All'a. V. Ave virgo maria celi regina mundi et dña suscipe tuoru devotas laudes servorum. All'a. V. Ave plena gratia benedicta maria dñs tecum. Tractus post lxx. Laus tibi christe filio marie tu nobis assiste precamur in hac die quottidie nos

184

pye respice et preces nostras ad te dirige. ℣. O virgo gloriosa mater speciosa rosa formosa mundi lumino sa audi et exaudi decantantes teque collaudantes maria dei mater es et virgo. ℣. Adiuua nos dei genitrix maria ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu sentiant omnes tuum iuuamen: amamen solamen: subleuamen. Amen. Prosa.

Ave preclara maris stella in lucem gentium maria diuinitus orta. Euge dei porta que non aperta veritatis lumen ipsum solem iusticie indutum carne ducis in orbem. Virgo decus mundi regina celi preelecta vt sol pulcra lunaris vt fulgur agnoscere omnes te diligentes. Te lignum vite virgam alme stirpis yesse nasci turam priores desiderauerant patres et prophete. Te plenam fide sancto rorante pneumate parituram diuini floris amigdalum signauit gabriel. Tu agnum regem terre dominatorem moabitici de petra deserti ad montem filie syon traduxisti. Tuque furentem leuiathan serpentem tortuosumque et vectem collidens damnoso crimine mundum exemisti. Hinc gentium nos reliquie tue sub cultu memorie mirum immodum que es enixa propiciationis agnum regnantem celo eternaliter reuocamus ad aram mactandum misterialiter. Hinc manna verum israhelitis veris veri abrahe filijs ammirantibus quondam moysi quod typus figurabat iam nunc abducto velo datur perspiciora virgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni sancto patrisque verbo quod rubus vt flamma tu portasti virgo mater facta pecuali pelle distinctos pede mundis labijs cordeque propinquare. Fac fontem dulcem quem in deserto petra demonstrauit degustare cum sincera fide renesque constringe lotos in mari anguem eneum in cruce speculari. Fac audi nos nam te filius nihil negans honorat. Salua nos iesu pro quibus virgo mater te orat. Da fontem boni visere da puros mentis oculos in te defigere. Quo hausto sapientie saporem vite valeat mens intelligere. Christianissimi fidem operibus redimere beatoque fine Ex huius incolatu seculi auctor ad te transire.

Secundum Lucaz. xj.
In illo tpe. Loquēte iesu ad turbas. Extollens vocem quedā mulier de turba dixit ad iesuz. Btūs vēter q te portauit ⁊ vbera q suxisti At ille dixit. Quinimo bti q audiūt verbū dei ⁊ custodiūt illō. Credo. dieb⁹ dñicis ⁊ in festis ⁊ octauis solēnibus dicit Offz. Recordare virgo mater dū steteris in cōspectu dei: vt loquaris pro nobis bona ⁊ vt auertat indignationē suam a nobis. Offz. Felix nāqz es sacra virgo maria ⁊ omni laude dignissima q2 ex te ortus ē sol iusticie christus de⁹ noster. Sec. Tua domine ꝓpiciatione ⁊ btē marie sp v̄ginis intercessiōe ad ꝑpetuā atqz p̄sentez hec oblatio nob ꝓficiat ꝓsperitatē et pacē. Per do. Prefatio. Et te in veneratiōe. Cōio. Aue regina celorū mater regis angl'orū o maria flos virginū velut rosa vel liliū funde preces ad filiū ꝓ salute fidelium. Cōio. Btā viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filiū. Cōpl. Sūptis dñe salutꝫ nr̄e subsidiis da q̄ms btē marie sp v̄ginis patrocinijs nos vbiqz ꝓtegi in cu⁹ veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per. Post lxx. missa per. Bñdicamus dño ccōcludat. Alie p̄se de dña.

Verbum bonum ⁊ suaue ꝑsonemus illud aue ꝑ qđ christi fit cōclaue v̄go mater filia Per qđ aue salutata mox concepit fecundata: virgo dauid stirpe nata inter spinas lilia. Aue veri salomonis mater vellus gedeonis: cuius magi tribus donis laudant puerperiū Aue solē genuisti aue ꝑlem ꝓtulisti mūdo lapso contulisti vitam ⁊ imperiū. Aue spōsa verbi summi: maris portis signū dum i: aromatū virga fumi angelorum dña. Supplicemus nos emēda: emendatos nos comenda tuo nato ad habenda sempiterna gaudia. Alia prosa.

Gaude mater luminis quā diuini numinis visitauit gratia maria. Salue virga regia flore fructu cā-

dida diuina potentia maria. Tu virtutū speculū pͥlustrasti sc̄tm luce claritatis maria. Plena dei munere meruisti gignere plez sanctitatis maria Te adorāt supi matrem oīs gratie maria. Ad te clamant miseri de valle miserie maria. Audi voces terge fletus nos comēda filio o maria. Ut nos tua p̄ce pia colloceę in solio o maria. Alia pia.

Ueni v̄go virginum veni salus hoīm veni vena venie. Ueni lumē luminū: veni splendor cordium celestis militie. Consolatrix inclita: veni vide visita errantes in acie. Nos rege nos excita nos fouene nos suscita de acu miserie. Ueni yesse v̄gula: veris rosa p̄mula rosa carens carie. Pctōrum vincula rumpe prece sedula p̄sentis familie. O lux beatissima reple cordis intima celestis tēperie. Magna maior maxima esto nobis p̄xima: rogās rege glorie. Ut nos iungat supis odis frui in dexteris post hunc finez glorie. Que regina diceris miserere miseris virgo mater gratie.

¶ Incipiunt quedā speciales misse seu votiue. Et primo de sancto spū. Introit⁹.

Dum sc̄tificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris: et effundam super vos aquam mundam ⁊ mundabimini ab oībus inq̄namentis v̄ris: ⁊ dabo vobis spūm nouū. Ps. B̄ndicam dominū i omni tp̄e sp̄ laus eius in ore. Deus (Orō. meo. Gl̄ia. cui omne cor patet et oīnis volūtas loq̄tur ⁊ quē nullū latet secretū: purifica p̄ infusionē sc̄ti spūs cogitationes cordis n̄ri: vt te p̄fecte diligere ⁊ digne laudare mereamur. Per dominū eiusdē. Lctō ep̄le bt̄i pauli apl̄i. j. Ad Corinthios. xij.

Fratres. Unicuiq̄ vestruz datur manifestatio spūs ad vtilitatē. Alij q̄dez per spūm datur s̄mo sapiētie: alij aūt sermo sciētie scd̄m eundē spūm. Alteri fides in eodez spū: alij gratia sanitatū i vno spū. Alij opatio v̄tutū: alij p̄phetia: alij

discretio spirituū. Alij genera linguarū: alij interp̄tatio sermonū. Hec aūt oīa operatur vnus atq3 idē spūs: diuidēs singulis ꝑut vult. Gr.
Beata gēs cuius est dñs deus eoꝝ pplus quem elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt ꝛ spū oris eius oīs virt⁹ eorū. Alla. ℣. Veni scē spūs reple tuorum corda fideliuꝫ ꝛ tui amoris in eis ignē accende. Prosa de scō spū. fol. 22. Tractus post trr.
Laudate dñm oēs gentes ꝛ collaudate eum oēs ppli. ℣. Qm confirmata est sup nos mīscdia eius: et veritas dñi manet ineternū. Secundum iohānem. xiiij.
In illo tpe. Dixit iesus dīs. su. Si diligitis me mandata mea s̄uate. Et ego rogabo patrē ꝛ aliū paclitū dabit vob: vt maneat vobiscū ineternū: spūm veritatis queꝫ mūdus nō pōt accipe: q2 nō videt eū nec scit eū. Uos autem cognoscetꝭ eū: q2 apud vos manebit ꝛ in vob erit.
Emitte spūm tuum ꝛ creabunt ꝛ renouabis faciem terre sit gloria dñi in secula. Alla. Offr.
Secr. Hec oblatio q̄s dñe cordis nostri maculas emundet: vt sanctispūs digna efficiat habitatio. Per: eiusdē. Cōio.
Spūs vbi vult spirat ꝛ vocem eius audis: ꝛ nescis vnde veniat aut quo vadat. Alla alla alla. Cōplē. Cōcede q̄s oīps de⁹ spūm sanctū nos voti ꝑmerere sedulis: q̄tinus eius gratia ꝛ ab oībus liberemur tētatiōib⁹ et pctōꝝ nostrorū indulgētiā ꝑcipere mereamur. Per do. eiusdeꝫ. ¶ De angelis
Benedicite dño omnes angeli eius potētes virtutes qui facitis verbū eius ad audiendam vocem sermonū eius. Intr. Ps.
Bn̄dic aīa mea dño: ꝛ omnia que intra me sunt nomini scō eius. Gl̄a
Perpetuū nobis dñe tue mīscdie prestasubsidiuꝫ: q̄bus ꝛ angelica p̄stitisti suffragia nō deesse. Per d. Oro. Lctō libri apocalip.

186

sis beati iohannis. apl'i xix

In diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe beati q ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sunt. Et dixit mihi Hec v̄ba dei vera sūt. Et cecidi ad pedes ei' vt adorarem eū. Et dixit mihi. Uide ne feceris. Cōseru' enī tu' suz et fratꝝ tuoꝝ habētiū testimoniū iesu: deū adora. Gr.

Bndicite dño oīs angeli eius potentes v̄tutes qui facitis verbū ei'. ℣. Bndic aīa mea dño: ꝛ oīa interiora mea nomē sanctū eius. Alla. ℣. In cōspectu angeloꝝ psallā tibi deus meus: ꝛ adorabo ad tēplum sanctū tuū et cōfitebor nomini tuo. Prosa d angelis fo. xx. Tractꝰ post. lxx. Laudate dnm oēs. vt añ de sctō spū. Secūduz

In illo Johannem. v. tpe. Ascendit iesus hierosolimā. Est aūt hierosolimis ꝓbatica piscina q̄ cognominat hebraice bethsaida qnq3 portic' habēs. In his iacebat multitudo magna languentiū: cecoꝝ: claudoꝝ: aridoꝝ: expectantiuz aque motū. Angel' aūt dñi scdm tēpus descēdebat ī piscinā ꝛ mouebat aqua. Et q prior descēdisset in piscinaz post motionē aque: san' fiebat a quacūq3 detinebat infirmitate. Offꝝ. Stetit angelus iuxta arā tēpli habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa ꝛ ascendit fumus aromatum a cōspectu dei alla.

Hostias tibi dñe lau- Sec. dis offerim' suppliciter deprecātes: vt easdē angelico ꝓ nobis interueniēte suffragio ꝛ placat' accipias ꝛ ad salutē nostrā ꝑuenire cōcedas. Per Cōio. Bndicite angeli dñi dño: hymnum dicite ꝛ super exaltate eū in secula. Cōpl. Repleti dñe bndictione celesti hūiliter iploram': vt qd fragili celebram' officio: sctōꝝ angeloꝝ atq3 archāgeloꝝ nobis ꝓdesse senciam' auxilio. Per. ¶ De scta cru. c.

Nos aūt gloriari op- Intr.
portet in cruce dñi nr̃i iesu
christi in quo est salus vita et resur-
rectio nostra per quem saluati et libe-
rati sumus Ps. Deus misereatur no
stri et bñdicat nobis: illuminet vultū
suum sup nos et misereatur nr̃i. Gl'ia.

Deus qui per vni- Oratio.
geniti filij tui dñi no-
stri iesu chr̄i p̄cioso sanguie
viuifice crucis vexillū sctifi-
care voluisti: concede qs
eos qui eiusdem sancte crucis
gaudent honore: tua quoq; faci
as vbiq; protectiōe gaudere.
Per eūdē do. Lectō episto-
le bti pauli apl'i. Ad philip

Fr̃es. Chri- (pēses. ij.
stus factus est pro nobis
obediens vsq; ad mortem:
mortē aūt crucis. Propter
qd et deus exaltauit illū: et
donauit illi nomē qd est su-
per omne nomē: vt in nomi-
ne iesu omne genu flectatur ce-
lestiū terrestriū et infernorū
Et oīs lingua confiteatur: qr do
min⁹ iesus christ⁹ in gloria
est dei patris. Gr. Christus
factus est obediēs vsq; ad mortem
mortem aūt crucis. ℣. Propter qd
et deus exaltauit illum: et dedit illi
nomē qd est sup omne nomē. Alla
℣. Dulce lignū dulces clauos dul-
cia ferēs pondera: que sola fuisti di-
gna sustinere regē celorū et hominū.

O Crux lignū triumph- Prose.
phale mūdi vera sal⁹ vale: inter
ligna nullū tale fronde flore germine.
Medicina christiana sanes sal-
ua egros sana: qd non valet vis hu-
mana fit in tuo noīe. Assistentes
crucis laudi consecratur crucis aradi
atq; seruos tue crucis post hanc vi-
tam vere lucis transfer ad palacia.
Quos tormento vis seruire fac tor-
menta nō sentire sed cum dies venit
ire nobis cōfer et largire sempiter-
na gaudia. Tract⁹. Laudate do-
minū oēs gentes. vt añ de spū
sancto. xx. Scdm Math. xx

In illo tpe. Ascēdēs ie-
sus hierosolimā assum-
psit duodecim discipulos su-
os secreto: et ait illis. Ecce
ascēdim⁹ hierosolimā: et fi-

lius hominis tradetur prin cipibus sacerdotũ ⁊ scribis et cõdemnabũt eũ morte et tradẽt eũ gẽtibus ad illudẽ dũ ⁊ flagellandum ⁊ cruci figendũ: ⁊ tertia die resur get. vel passio loco euãgelij legat. Offã. Protege dñe plebem tuã p signũ sancte crucis ab oĩbus insidijs inimicorũ oĩm: vt tibi gratã exhibeamus seruitutẽ: ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrũ. Secr. Hec oblatio quesumus dñe ab oĩbus nos purget offensis: q̃ in ara crucis ĩmolata etiã toti⁹ mũdi tulit offensam. Qui te. Prefatio Qui salutẽ humani generis Cõio Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi. Cõplẽ. Adesto nob qm̃s dñe deus noster: vt quos sctẽ crucis letari fecisti honore: ei⁹ quoq perpetuis defende subsidijs. Per. ¶ Oĩones ad patrocinium. Oratio. Propiciare nobis qm̃s dñe famulis tuis p bti. N. martiris tui atq põtificis. vel ɔfessoris qui in p̃senti requiescit ecclesia merita gloriosa vt ei⁹ pia intercessiõe ab oĩbus ptegamur aduersis. P. Secr. Suscipiat clementia tua dñe qm̃s de manib⁹ nostris mun⁹ oblatũ: vt p sancti martiris tui. vel. ɔfessoris orationes ab oĩbus nos emũdet pctĩs. Per. Cõplẽ. Diuina libantes misteria q̃ p scti martiris tui. vel confessoris. N. veneratiõe tue obtulim⁹ maiestati: p̃sta q̃sumus vt p ea veniã mereamur pctõꝝ: ⁊ celestis gratie donis reficiamur. P. ¶ In ɔmemoratiõe q̃rũlibet sctõrum. Oĩo. Presta nob dñe qm̃s tuis supplicibus sctõꝝ. N. memoriam hũiliter venerãtib⁹: vt sicut p illorũ suffragia multos ab ipo p̃cipitio mirabiliter liberasti ita ⁊ nos eisdẽ interueniẽtibus pctõꝝ nostroꝝ periculis eripere digneris. P.

Immensa largitatis Sec.
tue clemētia nob dñe sp af-
sit: q̄ ⁊ p̄sentia libamia cele-
sti bn̄dictiōe sctificet: ⁊ per
sctōꝝ tuoꝝ p̄ces quoꝝ cō-
memoratiōem indigni faci-
mus nosmetip̄os tibi ꝓ ac-
ceptabili hostia p̄paret. P.
Celestis doni sacra- Cōpl.
mētis ꝓpeꝛatione nostra ꝑ
ceptis: clementiā tuam dñe
dep̄camur: vt intercessione
sctōꝝ tuoꝝ quoꝝ cōmemo-
rationē humiliter agim⁹: ea
dem nobis ad corꝑis ⁊ anie
medelā venire senciam⁹. P.

¶ De sanctis quoꝝ relique
ibidē requiescūt. Orō.

Concede qs̄ ops̄ de⁹
vt sancta dei genitrix virgo
sp maria: sanctiq apl'i tui:
martires ꝯfessores v̄gines:
atq oms̄ sancti quoꝝ reli-
quie i ista ꝯtinēt ecclesia pa-
trocinio nos vbiq adiuuēt
q̄tinus hic in illoꝝ p̄senti
suffragio tranquilla pace in
tua laude sp letemur. Per.

Munera tue miseri- Sec.
cors deus maiestati oblata
benigno suscipe ītuitu: ⁊ eo-
rum nobis p̄cibus fiāt salu-
taria: quoꝝ sacratissime in
hac basilica sunt reliquie cō
dite. P. Cōpl. Diuina li-
bātes misteria qs̄ dñe: vt
eoꝝ nos vbiq ītercessio ꝓ-
tegat: quoꝝ hic sacra gau-
demus habere patrocinia.
Per d.

¶ Missa d̄ dulcissi-
mo noīe dn̄i nostri iesu christi
quā qui deuote celebrauerit
habebit ꝓ q̄libet vice anno-
rū tria milia de vera indul-
gentia confessa a dn̄o Bo-
nifatio sexto. Et dicit cū tri-
bus candelis. Introit.

In nomine iesu omne genu fle-
ctat celestiū terrestrium ⁊ infernoꝝ
et oīs lingua cōfiteatur: q2 dn̄s no-
ster iesus chr̄us in gl'ia est dei p̄ris.
Ps. Laudate dominū q̄m bonus
est dn̄s: psallite nomini eius q̄m sua-
ue est. Gloria in excelsis. Oratio

Deus q̄ gloriosissimum
nomē iesu christi vni-

188

geniti filij tui dñi nostri feci
sti fidelibus tuis summe su-
auitatis affectu amabile: et
malignis spiritib⁹ tremēdū
atq̃ terribile: ꝯcede ꝓpiti⁹
vt oĩs q̃ hoc nomē iesus de
uote venerāt i terris sctē cō
solatiōis dulcedinē in p̄sen-
ti ꝑcipiāt: ⁊ in futuro gaudi
um exultatiōis ⁊ intermia-
bilis btitudinis obtineāt in
celis. Per eūdē. Lctō actu

In die- u n aplorū. iiii.
bus illis. Petrus reple
tus spūsancto dixit. Princi-
pes ppl'i ⁊ seniores isrl' audi
te. Si nos hodie dyudica-
mur in bn̄facto hoīs ifirmi:
in quo iste saluus factus est.
Notuz sit oīb⁹ vobis ⁊ oĩi
plebi isrl': q2 in noīe dñi no-
stri iesu chri nazareni quem
vos crucifixistis: quē deus
suscitauit a mortuis: in hoc
iste astat corā vobis sanus.
Hic est lapis q̃ reprobatus
est a vobis edificātib⁹: q̃ fa-
ctus est in caput anguli. Et
non est in alio aliquo salus.
Nec em̄ aliud nomē est sub
celo datū hoībus in q̃ opor-
teat nos saluos fieri. Grad

Constituit deus pater ad dexterā
suā iesum christū in celestibus supra
omnē potestatē principatū ⁊ virtutē
et dn̄ationē: ⁊ omne nomē qd̄ noia-
tur nō solū in hoc sclo: sed etiam in
futuro ⁊ omnia subiecit sub pedibus
eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris
noster: ⁊ propter gloriā nois tui do-
mine libera nos: ⁊ ꝓpitius esto pec-
catis nostris propter nomen tuuz.
Alla ℣. Dulce nomen domini no-
stri iesu christi melos auri: mel in esu
cordis: verus iubilus effugat mun-
di sibillum. Infra. lxx. Tract⁹.
Omps ⁊ misericors deus: respice super pp'lm maiestati tue sbiectū: ⁊ ne nos furor seuiētis mortis inueniat dextera tue ꝓpitiatiōis nos ꝓtegat. P. Sec. Subueniat nobis q̄s dñe sacrificij p̄sentis opatio: q̄ nos ab vniuersis errorib' potēter absoluat: ⁊ a toti' pditiōis incursu eripiat. Per. Cōpleñ. Q̄s dñe: vt hui' opatio sacramēti purificet nos sp a pctis: ⁊ ab instātibus muniat piculis. Per.

❡ Pro furto. Oīo.

Omps sempiterne deus qui occulta oīm p̄noscis: exaudi ⁊ intēde orationē nostrā: ⁊ fac fures reuerti cū reb' quas defraudauerunt: ⁊ manifesta nobis sicut manifestasti furtum achor in hiericho: fiatq3 illis ꝯtrariū verbū tuū: vt cōpulsi redeāt ⁊ ostēdāt nob: ⁊ sic te nihil latere pōt dñe ita nob hāc rē manifesta. P. Sec. Proficiat nob q̄s dñe hec oblatio quam tue supplices offerim' maiestati: ⁊ ad cōuertēdos ⁊ reuertēdos illos fures ⁊ sacrilegos: vt pus redem nō habeāt anteq̄ȝ se nob ostēdant vt q̄ in te cōmittēdo culpaȝ icurrerūt: te miserāte veniā ꝯsequāt. Per. Cōpl'. Hec nos dñe cōmunio purget a crimie: ⁊ illos fures sacrilegos fac reuerti: vt sicut iosue furtū achor inuenit abscōditū in terra: ita nob patefacere digneris oīa ꝓ q̄bus petimus diuinā clemētiā tuā: vt nō ineternū ascōdas iniq̄tates eorꝝ: sed in p̄sentia reuela furtū eorꝝ: vt ꝯfessi veniāt ⁊ peniteāt reatū suū: vt

203

misericordiā ꝓsequantur. P.

Pro p̄latis ⁊ bn̄factoribus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui facis mirabilia magna solus: p̄tende sup famulos tuos ⁊ sup cunctos illis cōmissos sp̄m gr̄e salutaris: ⁊ vt in veritate tibi cōplaceāt ppetuū eis rorem tue bn̄dictiōis infunde. Per. Secreta. Hostias tibi domine famulorum tuorum ⁊ oīm illis cōmissorum placatus intēde: vt q̄s in honore tui noīs deuota mēte pro eis celebramus proficere sibi senciāt ad medelā. Per. Cōplenda. Quos celesti refecisti munere ppetuo dn̄e comitare p̄sidio: et q̄s fouere nō desinis dignos fieri: sempiterna redēptiōe concede. Per.

Pro cuncto pp̄lo catholico. Oratio.

Deus qui errātibus vt in viam possint redire iusticie: veritatis tue lumē ostēdis: da cūctis qui christiana professiōe cēsent ⁊ illa respuere q̄ huic inimica sunt nomini: et ea q̄ sunt apta sectari. Per. Secreta. His nobis dn̄e misterijs cōferatur q̄ terrena desideria mitigātes: discamus amare celestia. Per. Cōplenda. Sacramēta q̄ sumpsimus dn̄e ⁊ sp̄ualibus nos istruāt alimētis: et corporalibus tueāt auxilijs. P.

Pro viuis ⁊ mortuis cōmunis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui viuorum dn̄aris simul ⁊ mortuorū: oīmqꝫ misereris q̄s tuos fide ⁊ ope futuros esse p̄noscis: te suppliciter exoramus: vt pro q̄bus effundere p̄ces decreuimus: q̄sqꝫ vel p̄sens seculū adhuc i carne retinet: vel futurū iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clemētia delictorum suorum omniū veniā: ⁊ gaudia cōsequi mereantur eterna. Per. Secreta. Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locādus: tribue qs̄: vt vniuersorum q̄s in oratiōm

cōmendatos suscepimus: ⁊
oīm fideliū noīa btē p̄desti-
natiōis liber ascripta retine
at. Per. Cōplē. Purificēt
nos qm̄s op̄s ⁊ misericors
de⁹ sacramēta q̄ sumpsim⁹:
et p̄sta: vt hoc tuū sacramē-
tum nō sit nobis reat⁹ ad pe
nā: sed intercessio salutaris
ad veniā: sit ablutio scelerū
sit fortitudo fragiliū: sit cō-
tra oīa mūdi p̄icula firmamē
tum: sit viuoꝝ atq̄ mortu-
orū fideliū: remissio oīm de-
lictoꝝ. Per. ¶ In anniuer
sario alicui⁹ defuncti. Int.

SI eñ credimus q̄ iesus mor-
tuus est et resurrexit: ita et
deus eos q̄ dormierūt per iesum ad-
ducet cū eo. Ps. Et sicut in adam
oēs moriūtur ita ⁊ in chr̄o oēs vi-
uificabūtur. Requiē eternam dona
eis dn̄e: ⁊ lux perpetua luceat eis.

DEus indulgēti- Orō.
arū dn̄e da anie famu-
li tui. N. cui⁹ anniuersariuz
depositiōis diē cōmemora-
mus: refrigerij sedem q̄etis
btitudinē: eterni lūinis cla-
ritatē. P. Lctō. ep̄le beati
pauli ap̄li. i. Ad Thessalo- nicē. iiij.

FRatres. No-
lum⁹ vos ignorare de
dormiētibus: vt nō ꝯtriste-
mini sicut ⁊ ceteri q̄ spē non
habēt. Si eñ credim⁹ q̄ ie-
sus mortu⁹ est ⁊ resurrexit:
ita ⁊ deus eos q̄ dormierūt
p̄ iesum adducet cū eo. Hoc
eñ vob dicim⁹ in v̄bo dn̄i:
q̄ nos q̄ viuim⁹ qui residui
sumus in aduētu dn̄i nō pre
ueniem⁹ eos q̄ dormierunt
Qm̄ ip̄e dn̄s in iussu ⁊ in vo
ce archangeli: ⁊ in tuba dei
descēdet de celo: ⁊ mortui
q̄ in chr̄o sunt resurgēt pri-
mi. Deinde nos q̄ viuimus
q̄ relinq̄mur simul rapiemur
cū illis in nubib⁹ obuiā chri
sto i aera: ⁊ sic sp̄ cū dn̄o eri-
mus. Itaq̄ ꝯsolamini inui-
cem in v̄bis istis. Gr. Re-
quiē eternam dona eis dn̄e ⁊ lux p̄-
petua luceat eis. V. Absolue domīe
aīas eoꝝ ab oēni vinculo delictoruz.

Sicut ceruus desiderat Tract⁹. ad fontes aquaꝝ: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ viuum qñ veniam ꝛ apparebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte dũ dicit̃ mihi ꝑ singulos dies vbi est deus tuus Scd̃m

In illo tē- Johannē. vj. pore. Dixit iesus discipulus suis ꝛ turbis iudeoꝝ Omne qđ dat mihi pater ad me veniet: ꝛ eũ qui venit ad me nõ eijciã foras: q2 descēdi de celo: nõ vt faciã volũtatē meã: sed volũtatē ei⁹ q̃ misit me. Hec est eñi volũtas eius q̃ misit me p̃ris: vt omne qđ dedit mihi nõ ꝑdaz ex eo: sed resuscitē illud ĩ nouissimo die. Hec est aũt volũtas p̃ris mei q̃ misit me: vt oĩs qui videt filiũ ꝛ credit ĩ eũ habeat vitã eternam. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Offꝝ. O pye deus qui primũ hoĩem ad eternam glĩam reuocasti pastor bone: qui ouē perdicam pro humero ad ouile reportasti: iuste iudex duz veneris iudicare libera de morte aĩas eoꝝ quas redemisti. ℣. Ne tradas bestijs animas cõfitentes tibi: ne derelinquas eas in finem. ℣. Dñe iesu xp̃e iudex mortuorũ vna spes mortalium qui moriẽs morientiũ condoluisti in teritui: ne intres in iudiciũ cum fidelibus defunctis: ne damnemur cũ impijs in aduẽtu tui districti iudicij. Ne tradas. Sec. Propiciare dñe supplicatiõib⁹ nr̃is ꝓ aĩa famuli tui. N. cuius hodie annua dies agit̃: pro qua tibi offerim⁹ sacrificiuz laudis: vt eã sctõꝝ tuorum ꝯsortio sociari digneris. P.

Aĩas de corꝑe quas as- Cõio. sumpsisti dñe: fac eas gaudere cum sctis tuis in gl̃a. Requiem eternaz dona eis dñe ꝛ lux perpetua luceat eis. Fac. Alia cõio. Quã deus deposcimus pietatez: vt eis tribuere digneris lucidas ꝛ q̃etas mans̃ões ꝓ quoꝝ memoria corpus xp̄i sumit̃ dona eis dñe requiem sempiternam Et lux ꝑpetua luceat eis. Pro quorum

rum memoria sanguis christi sumi-
tur dona eis domine requiẽ sempi-
ternã Cõpl. Suscipe dñe ꝓ-
ces nostras ꝓ anima famuli
tui N. cuiꝰ anniuersariũ de-
positiõis diẽ celebramꝰ: vt
macule si q̃ ei de terrenis cõ-
tagijs adheserũt: remissiõis
tue misc̃dia deleant. Per d

¶ Missa in die depositiõis vnius defuncti.

Requiez eternã dona eis dñe ⁊ lux ꝑ-
petua luceat eis. Ps. Te decet
hymnus deus in syon ⁊ tibi reddet
votũ in irl'm: exaudi oratiõnẽ meam
ad te omnis caro veniat. Oratio.

Adesto q̃s dñe ꝓ ani-
ma famuli tui. N. cuiꝰ
depositiõis die officiũ com-
memoratiõis impẽdimꝰ: vt
vicia mũdalia secl'aresq; ma-
culas ei inherẽtes dono pi-
etati tue idulgeas ⁊ abster-
gas. Per. Lctõ. epl'e beati
pauli apli. j. Ad Corint. xv

Fratres. Christꝰ resurre-
xit a mortuis primicie
dormiẽtiũ. Qm̃ q̃dem ꝑ ho-
minẽ mors ⁊ ꝑ hoiem resur-
rectio mortuorũ. Et sicut in
adã oms moriũtur: ita ⁊ in
christo oms viuificabũtur.
Unusq̃sq; aũt in suo ordine
Per iesum christũ dñm nr̃z.
Requiẽ eternã dona eis do- Gr.
mine ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣.
Absolue dñe aĩas eorũ ab oi vin-
culo delictoꝝ. Tractꝰ. De pro-
fundis clamaui ad te dñe: dñe exau-
di vocẽ meã ℣. Fiant aures tue in-
tendẽtes in orationem serui tui. ℣.
Si iniquitates obseruaueris dñe
dñe q̃s sustinebit. ℣. Quia apud te
propiciatio est ⁊ propter legem tuã
sustinui te dñe. Scd̃m Johan-
(nẽ. xj.

In illo tp̃e. Di-
xit Martha ad iesum:
Dñe: si fuisses hic frater me-
us nõ fuisset mortuus. Sed
et nũc scio: q2 quecũq; popo-
sceris a deo dabit tibi deus
Dicit illi iesꝰ. Resurget fra-
ter tuus. Dicit ei martha.
Scio: q2 resurget in resurre-
ctiõe in nouissimo die. Dicit
ei iesus. Ego suz resurrectio

et vita: qui credit in me etiã
si mortuus fuerit viuet. Et
omnis q̃ viuit ⁊ credit in me
nõ morietᷓ ineternũ. Credis
hoc? Ait illi. Utiqȝ domie.
Ego credidi: qꝛ tu es christus
filiꝰ dei viui q̃ in hũc mũdũ
venisti. Offer. Dñe iesu christe
rex glorie libera aĩas oĩm fidelium
defunctorũ de manu inferni: et de
profundo lacu: libera eos de ore leo-
nis ne absorbeat eas thartarus: ne
cadãt in obscura: sed signifer sctũs
michael repñsentet eas in lucẽ sctãm
Quam olim abrahe pmisisti et semi-
ni eius. ℣. Hostias ⁊ pces tibi do-
mine laudis offerimus: tu suscipe p
aĩabus illis quarũ hodie memoriaȝ
agimus: fac eas dñe de morte trãsi-
re ad vitã. ℣. Requiẽ eternã dona
eis dñe ⁊ lux ppetua luceat eis. ℣.
Redẽptor aĩaꝝ oĩm christianorum
mitte archangelũ sanctũ michaelē
vt ille dignetᷓ eas eripere de regiõi-
bus tenebrarũ ⁊ perducat eas in sy-
nũ abrahe lucem sempiternã. Quã.
Munera q̃s dñe q̃ ti- Secr.
bi p aĩa famuli tui. N. of-
ferimꝰ placatꝰ intẽde: vt re-
medijs purgata celestibus
in tua pietate requiescat. Per
Lux eterna luceat eis do- Cõio.
mine: cũ sctis tuis ineternũ qꝛ pius
es. Requiẽ eternaȝ dona eis dñe et
lux ppetua luceat eis. Cum sanctis.
Alia cõio. Absolue dñe aĩas
eoꝝ ab omi vinculo delictorũ. Vt in
resurrectionis gl'ia inter sctõs tuos
resuscitati respirẽt. Requiẽ eternã
dona eis dñe et lux perpetua luceat
eis Vt in re- Cõpl. Hec nos
q̃s dñe cõmunio purget a
crimie: ⁊ aĩe famuli tui. N.
cuꝰ depositiõis diẽ agimus
celestis regni tribuat cõsorti-
um: ⁊ ante thronum glorie
christi tui segregata nihil cõ-
mune habeat cum sinistris.
Per. Lectõ. libri ij Macha
In diebus illis beoꝝ. xij
Uir fortissimus iudas
collatione facta: duodecim
milia dragmas argẽti misit
hierosolimaȝ offerri eas ibi
p pctis mortuoꝝ: iuste ⁊ re
ligiose de resurrectiõe cogi-

stans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur. Lectio Esaye prophete. lviij.

H Ec dicit dominus deus. Orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus semper: et implebit splendoribus animam tuam: et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: et sicut fons aquarum cuius non deficient aque. Os enim domini locutum est. Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli. xiiij.

I N diebus illis. Audiui vocem de celo dicentem mihi. Scribe: beati mortui qui in domino moriuntur. Ammodo iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Lectio epistole beati pauli apostoli. j. Ad Corint. xv

F Ratres. Ecce misterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba: et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua. Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias: qui dedit nobis victoriam. Per iesum christum dominum nostrum. Secundum Johannem. v.

I N illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat.

206

Nec enim pater iudicat quem-
q̃z: sed om̄e iudiciū dedit fi-
lio: vt oēs honorificēt filiū si
cut honorificāt patrē. Qui
ei nō honorificat filiū nō ho
norificat patrē q̄ misit illuz.
Amē amē dico vobis: q: q̄
verbū meū audit ꝛ credit ei
q̄ misit me habet vitā eter-
nā. Et in iudiciū non venit:
sed trāsit de morte ad vitā.
Scd̄m Johannem. v.
In illo tp̄e. Dixit iesus
dis. su. Amē am̄ dico vobis
q: venit hora ꝛ nunc est qn̄
mortui audiēt vocē filij dei
et q̄ audierint viuēt. Sicut
enī pater habet vitā i seme-
tipso: sic dedit ꝛ filio vitam
habere in semetipso. Et po-
testatē dedit ei iudiciū face
re: q: fili⁹ hoīs est. Nolite
mirari hoc: q: venit hora in
q̄ om̄s q̄ in monumētis sunt
audiēt vocē filij dei. Et ꝓce
dent qui bona fecerūt in re-
surrectiōe vite. Qui vō ma-
la egerūt in resurrectionem
iudicij. Scd̄m Johānē vj.
In illo tp̄e. Dixit iesus
dis. su. Ego sum panis
viuus q̄ de celo descēdi. Si
q̄s manducauerit ex hoc pa
ne: viuet ieternū. Et panis
quē ego dabo caro mea est
ꝓ mūdi vita. Litigabāt er-
go iudei adinuicē dicentes.
Quō pōt hic nobis carnem
suā dare ad mādocādū? Di
xit ergo eis iesus. Amē am̄
dico vobis: nisi māducaue-
ritis carnē filij hoīs: ꝛ bibe
ritis ei⁹ sanguinē: nō habe-
bitis vitā in vobis. Qui mā
ducat meā carnem: et bibit
meū sanguinē habet vitam
eternā. Et ego resuscitabo
eū in nouissimo die. ¶ Pro
Presta q̄s (epo. Ora.
dn̄e vt aīa famuli tui
epi. N. quem in hoc seculo
cōmorantē sacris muneribꝰ
decorasti: in celesti sede glo
riosa sp̄ exultet. Per. Secr.
Suscipe clementissime pa-
ter ꝓ cōmemoratiōe famuli

tui epi. N. hostiam placa-
tionis ⁊ laudis: vt sacrificij
presentis oblatio ad refri-
gerium anime eius ⁊ gau-
dium te miserante proueni-
at. Per. Complen. Presta
q̃s omnipotens deus: vt
animam famuli tui epi. N.
in congregatione iustorum
eterne beatitudinis iubeas
esse consortem. Per domi.

¶ Pro vno sacerdote Orõ

Deus cuius misericor-
die non est numerus:
suscipe ꝓ anima famuli tui
N. sacerdotis preces nr̃as:
et lucis ei leticieq; in regiõe
sanctorum tuorum societa-
tem concede. Per. Secr.
Hostias tibi domine humi
li supplicatione ꝓ anima fa
muli tui. N. sacerdotis de-
ferimus: vt ꝑ hec salutis no
stre sacrificia perpetuã tue
beatitudinis misericordi-
am consequatur. Per Cõpl.
Prosit q̃s dñe anima fa-
muli tui. N. sacerdotis mi-
sericordie tue implorata cle
mentia: vt eius in quo spe-
rauit et credidit: eternum
capiat te miserante consor-
tium. Per. Pro patre ⁊ ma-
tre. Orõ

Deus q̃ nos pa-
trẽ ⁊ matrez honorare
precepisti: miserere clemen-
ter animabus parentum no
strorum: eorũq; peccata di-
mitte: nosq; cum eis in eter-
ne claritatis gaudio fac vi-
dere. Per dominũ. Secr.
Suscipe sacrificiũ domine
qđ tibi pro animabus parẽ-
tum nostrorum offerimus:
eisq; gaudium sempiternuz
in viuorum regione conce-
de nosq; felicitati sanctoruz
cũ illis coniunge. P. Cõpl.
Celestis participatio do-
mine sacramẽti: animabus
parentuz nostrorum requi-
em et lucem obtineat sempi
ternam: nosq; cum illis gra
tia tua coronet eterna. Per.

¶ Pro fratrib' ⁊ sororibus
seu ꝓ congregatione Orõ.

D Eus venie largitor et
humane salutis ama-
tor: q̄s immensam clemē-
tiam tuā: vt nostre congre-
gationis fratres et sorores q̄
ex hoc seculo transierunt:
beata maria semper virgi-
ne intercedente cū omnibus
sanctis tuis ad perpetue be
atitudinis consortium per-
uenire concedas. P. Secr.
D eus cui9 misericordie nō
est numerus: suscipe propi-
tius preces humilitatis no-
stre: et animabus nostre cō-
gregationis fratrum et soro
rū: quibus tui nominis de-
disti confessionē per hec san
cta sacramenta salutis no-
stre cunctorum remissionez
tribue peccatorum. Per d.
D eus vita viuentiū Cōpl.
spes morientium salus om-
nium in te sperantium: pre-
sta propitius: vt anime no-
stre congregationis fratruz
et sororum et omnium hic et
vbiqꝫ requiescentium a no-
stre mortalitatis tenebris
absolute: beata maria semꝑ
virgine intercedente cum
omnibus sanctis tuis in ꝑ-
petua cum sanctis tuis luce
letentur. Per. ¶ Pro bene-
factorib9 seu elemosinarijs.
D Eus cuius mise- Orō
ricordie non est nume-
rus: suscipe propitius pre-
ces humilitatis nostre et ani
mabus que nobis in oratio-
nem commendate sunt: et
quarum vtimur vel vsi su-
mus elemosinis quibus tui
nominis dedisti cōfessionē:
cunctorum remissionem tri-
bue peccatorum. P. Secr.
P rosit q̄s dn̄e hec sancta
ꝑsenti sacrificij oblatio ani
mabus famulorum famula-
rumqꝫ tuarū q̄ nobis in ora-
tionem commendate sunt:
et quarum vtimur elemosi-
nis vt per nomen sanctū tu-
um a perpetui ignis crucia-
tibus erepte transire in req̄-
em mereantur eternam. P.

Proficiat qs dñe Cōpl. ad indulgētiam animabus famulorū famularumq; tuarum q̄ nobis in orationem cōmendate sunt: et quarū vtimur elemosinis diuini celebratio sacramenti: vt per hec sancta q̄ sumpsimus a contagijs terrene conuersationis emundate: ad celestē mereantur peruenire habitationem. Per dominum.

¶ Pro famulo Oratio.

Inclina dñe aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuā suppliciter exoramus vt animā famuli tui. N. quam de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas: et sanctorū tuorū cetui iubeas esse cōsortē. P. Sec.

Suscipe piissime deus in synum patriarche abrahe animam famuli tui. N. eamq; sanctis et electis omnibus cōiungere: nec ei noceat culpa carnalis ad penam: sed prosit illi tue miseratio pietatis ad veniam. P. Cōpl.

Absolue qs dñe animam famuli tui. N. ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gl'ia inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per. ¶ Pro famula. Oro.

Quesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue. N. et a contagijs mortalitatis exutam: in eterne saluationis partem restituas. Per dominum. Secr.

His sacrificijs dñe qs anima famule tue. N. a peccatis omnibus exuatur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placationis officia: perpetuā misericordiā consequatur. P.

Inueniat qs domine anima famule tue. N. Cōpl. lucis eterne consortiū: cuius gratia perpetuum consecuta est sacramentū. Per.

¶ Communis pro defun

F Ideliū (ctis. Oratio.
deus omnium cōditor et redemptor animabus famulorum famularumq̄ tuarum omnium fidelium defunctorum remissionem cūctorum tribue peccatorum: vt indulgentiaz quam semper optauerunt pijs supplicatiōibus cōsequāť. Qui vi.

H ostias qm̄s domi- Secř ne quas tibi pro animabus famulorū famularumq̄ tuarum omnium fidelium defunctorum offerimus propiciatus intende: vt quibus fidei christiane meritū contulisti: dones ꝛ premiū. P.

A nimabus quesu- Com A mus domine famulorum famularumq̄ tuarum omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas ꝛ a peccatis omnibus eruas: et tue redemptionis facias esse participes. Qui cum deo.

¶ Officium de misericordia domini. Introi.

Miserere mei dñe quoniã conturbatus est oculus meus: anima mea ꝛ venter meus: deficit in dolore vita mea: ꝛ conturbata sunt omnia ossa mea. Ps. Saluum me fac in misericordia tua domine: non confundar qm̃ inuocaui te. Gloria.

Oõ. Caput misericordie deus: qui propter nos descendẽs in vterũ virginis: addictus ligno crucis: perfossus clauo: vestimentis per sortem diuisis: liber surrexisti a mortuis: te supplices deprecamur: vt virtute huius cõmercij: nõ immemor sis nostri: sed populum tuum a vinculis peccatorum libera: ꝛ a morte perpetua eripias: ac in resurrectiõis gloria inter sanctos tuos resuscitatũ respirare concedas. Qui cũ deo p.

Lectõ epl'e beati pauli apl'i. Ad Rom. v.

Fratres. Christus cũ adhuc infirmi essemus: secundũ tẽpus: p impijs mortuus est. Uix eñ pro iusto quis moritur: naz pro bono forsitan quis audeat mori. Commẽdat aũt charitatem suaz deus in nobis: qm̃ cum adhuc peccatores essemus: scdm tempus: christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nũc: in sanguine ipsius: salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cũ inimici essemus: reconciliati sumus deo per mortez filij eius: multomagis recõciliati: salui erimus in vita ipsius. Non solum autẽ: sed et gloriamur in deo per dominum nostrum iesum christũ: per quẽ nunc reconciliationem accepimus. Gr.

Concilium malignantium obsedit me: foderunt manus meas ꝛ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. V. Nam ꝛ ipsi considerauerũt me: ꝛ inspexerunt me: diuiserũt sibi vestimenta mea: ꝛ super vestem

209

meam miserunt sortem. Alla. V. Dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia et veritas tua semper susceperant me. quia circundederunt me mala quorum nõ est numerus alleluia. Secundum Joannem xix.

In illo tpe. Judei ergo: quoniam parasceue erat: vt non remanerẽt in cruce corpora sabbato (erat enĩ magnus dies illa sabbati) rogauerunt pilatum vt frangerentur eorũ crura: et tollerent. Venerunt ergo milites: et primi quidez fregerũt crura: et alterius q̃ crucifixus est cũ eo. Ad Jesuz aũt cũ venissent: vt viderũt eum iam mortuũ: non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: et cõtinuo exiuit sanguis et aqua. Offr. Pilatus tradidit eis Jesum vt crucifigeretur flagellis cesum: et milites plectẽtes coronam spineam imposuerunt super caput eius. Secr. Creator omniuz elementorum dñe ante secula rex eterne: memento gregis tui quem effusiõe cruoris tui redemisti: omniũ quoq̃ te querentium voces ꝓpiciatus exaudi: et presta: vt hec hostia salutaris: et ipsorũ fiat purgatio delictorũ et tue propitiatio maiestatis. Qui viuis. Prefatio. Qui salutẽ humani generis. fo. 65. Cõio. Benedictus deus et pater dñi nostri iesu christi: q̃ui secundũ misericordiam suã regenerauit nos in spem viuam per resurrectionẽ iesu christi ex mortuis. Cõpl. Jesu dñe q̃ ante secula cũ patre manens: conditionemq̃ humanaz suscipiens: ab vno discipulo ꝓditus: mortẽ subisti ꝓ perditis: exaudi orationẽ supplicũ tuorũ: vt sacramenta que sumpsimus: spiritualibus nos repleant alimẽtis: et corporalibus tueãtur auxilijs. Qui viuis et regnas.

¶ Joachim pris marie os-

ficium. Introit⁹ Justus vt palma florebit. fo. xx. Oratio.

Deus qui beatum ioachim pre omnib⁹ sctis tuis i vnigeniti filij tui incarnati auum: a quo purissima illius mater ꝛ virgo digne generaretur elegisti: cōcede propitius: vt cuius festa debito honore veneramur: eius interuētu tue gratie ꝛ tandē donis glorie repleamur. Per eūdē. Epl'a.

Dilectus deo ꝛ hominibus. in ecci. xv. Gr. Posuisti domie super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desideriū anīe ei⁹ tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. All'a. ℣. O maria dei genitrix: benedictus sit pater tuus sanctus Joachim: a quo sine peccati macl'a processit caro tua

Celi re- Prosa. (virginea. gēm attollamus: ꝛ in voces erumpamus: laudū p cantica. Qui per ioachim radiare: sidus fecit salutare: in matre deifica. Cū sponsa sua conuersatus: prolis pene spe frustratus: consternat⁹ flebilis. Ambo sic in fructuosi: viuunt tanq̄ odiosi: suis cōtribulibus. Ipsi quoq̄ redarguti: sunt ab ipsis ꝛ psecuti: tēpli sacerdotibus. In pudore rubricati: templū petunt adunati: culpas flentes scelerum. Uotum illic emiserunt: dare deo promiserunt: nasciturum puerum. Mox in fletu cōsolantur: bona q̄ nunciantur affatu angelico. Anna tandem grauidatur: ꝛ maria generatur ordine mirifico. Ergo tu cum patre nata: dulci nexi federata: culpis nos absoluite. Tu nepoti tuq̄ nato: hoste nostro ꝓpulsato: interuentu iūgite. Gaude marie pater gaude: ioachim omni digne laude: pater tāte filie. Salue pater matris christi: qui iam felix ascendisti: iubilans ad ethera. Iter para nobis tutū: vt in dñi virtutū: collocemur dextera. Amē. Euāge. Liber generatiōis. fo. ios. Offe. Glia ꝛ honore coronasti eū: ꝛ cōstituisti eū sup opera manuū tuaꝝ dñe. Secr.

Deus merentiū consolator gaudia prestans post lamē-

ta: qui tristem sterilitatem beatissimi ioachim tandem in immensum gaudium per ortuz sanctissime prolis sue virginis marie mirabiliter conuertisti: da nobis quesumus: patris & filie interuentu et meritis: letam spiritalis vite fecunditatem: vt celestez cum illis gloriam obtineamus. Per. Cōio. Posuisti domine sup caput eius coronam de lapide precioso. Cōpl. Deus qui beato ioachim vt pater dei genitricis marie effici mereretur tribuisti: concede propitius: vt vtriusque meritis & precibus: veniam peccatorum nostrorum & celestia regna cōsequamur. Per dominum.

Pietate tua Orō cōis. quesumus dn̄e nostrorū solue vincula delictorum: & intercedente beata & gloriosa semperque virgine dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis: dominū apostolicū: episcopum nostrum cū ctumque ordinem ecclesiasticum: regē nostrum cū omnibus sibi subiectis: & omnez populum christianuz: nosque famulos tuos: atque loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesque consanguinitate: affinitate ac familiaritate: confessione & oratiōe nobis coniunctos: a vicijs purga: virtutibus illustra: pacem & salutem nobis tribue hostes visibiles & inuisibiles remoue: carnalia desiderata repelle: aeris temperiē īdulge: fruges terre cōcede: iter famulorū tuorum in salutis tue prosperitate dispone: amicis & inimicis nostris charitatē largire: & omnibus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentium vitam & requiem eternam concede. Per. Secr. Deus qui singulari corporis & sanguinis tui hostia: totius mundi soluisti delicta: hac oblatione placatus: macu-

las scelerū nostrorum absterge: dn̄m opostolicum et episcopum nostrum: regem ꝛ omnem gradum ecclesiasticum atq; nos famulos tuos in omni sanctitate custodi: aeris temperiem ꝛ fruges terre cū pacis trāquillitate largire: ꝛ intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis omnium christianorū viuorum ꝛ mortuorū peccata dimitte: nobisq; premia eterna cōcede. Qui viuit. Cōpl.

Sumpta sacramenta celestia qs̄ dn̄e: omnia crimina nostra detergant: dn̄m apostolicum ꝛ episcopū nostrum: regem ꝛ cunctum populū christianum ab insidiis diaboli custodiant: aeris temperiē ꝛ fruges terre nobis obtineant: omnēq; prauitatem ꝛ infirmitatē: ac hostium visibilium ꝛ inuisibilium rabiem: atq; subitaneam mortem: meritis sancte dei genitricis marie: ꝛ omnium sanctorum a nobis ꝑcul repellant: ꝛ omnibus fidelibus viuis ꝛ defunctis prosint ad veniam: pro quorum tibi sunt oblata salute. Per eundē.

¶ Pro his qui in cimiterio requiescūt. Oro.

Deus cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famulis ꝛ famulabus tuis omnibus hic et vbiq; in christo quiescentibus: da propitius suorū veniam peccatorū: vt a cūctis reatibus absoluti: tecū sine fine letentur. Per. Secre.

Pro animabus famulorū famularumq; tuarū: ꝛ omniū catholicorū hic ꝛ vbiq; in christo dormientiū: hostiam dn̄e suscipe benignus oblatā: vt hoc sacrificio singulari: vinculis horrende mortis erute: vitā mereantur eternam. Per. Compl.

Deus fideliū lumen aniarum: adesto supplicationi-

bus nostris: et da omnibus fidelibus defunctis quorum corpora hic et vbique in christo requiescunt: refrigerij sedem: quietis beatitudinem: et luminis claritatem. Per.

¶ Si quis defunctus penitentiam petens: dum sacerdos venerit officio lingue priuatus: constitutū est: q̄ si idonea signa seu testimonia hec dixerint: et ipse per nutus aliquos vel signa satis fecerit: sacerdos ipleat oīa circa penitentē. Sequitur pro desiderantibus penitētiam Oro.

O Mnipotēs et misericors deus in cuius humana conditio potestate consistit: animā famuli tui. N. quesumus ab omnibus absolue peccatis: vt penitentie fructū: quem voluntas eius optauit: preuentus morte non pdat. P.

Secr. Satisfaciat tibi dn̄e qm̄s pro anima famuli tui. N. sacrificij presentis oblatio: vt peccatorū veniā quā quesiuit inueniat: et q̄d officio lingue implere non potuit: desiderate penitentie compensatione pcipiat. P.

Cōplā. Deus a quo inspiratur humano corpori omne q̄d bonum est: tribue per hec sancta que sumpsimus: vt sicut anime famuli tui. N. penitentiam velle donasti: sic indulgentiā tribuas miseratus optatā. Per

¶ Pro fundatoribus Oratio.

P Ropiciare qm̄s dn̄e animabus fidelium tuorum: et presta: vt qui de tuis donis in hoc loco peruigili cura nomī tuo quotidiana p̄parauerunt obsequia: ppetua cū sanctis tuis perfrui mereantur leticia. P.

Sec. Hanc ergo oblationē qm̄s dn̄e celesti benedictiōe prosequere: et cōcede: vt eis ad salutem proueniat: quorum in hoc loco stipēdijs nostra tibi seruitus vegetata mini

strat. Per. Complē. Concede qs omnipotēs deus: vt percepta cōmunio singularis: animabus famulorum fideliū tuorū sit semp salutaris: sitq eis dn̄e perpetuū remediū: qui in hoc seculo diuini seruitij tibi pparauerūt obseqa: et nobis famulis tuis tēporale subsidiū. Per.

¶ De tribulatiōe btē marie vginis Introit⁹. Vultum tuū deprecabunt. Ps. Eructauit

O Ps (cor meum. Orō. O clemētissime deus: qui gloriosissimā matrē tuā virginem mariā tuo sacratissimo sanguie in cruce pēdens perfudisti. et eius cor medullitus tuo dolore nimio sauciasti: cōcede: vt p lamentalem eius a te separationem: a tribulatione presenti misericorditer liberemur. et ad vitam proficiamus sempiternā. Qui viuis. etc. Epla. Dixit Esaias: Dn̄e qs credidit auditui. Gr. Audi filia V. Specie tua. All'a. V. O consolatrix pauperum maria. Prosa. Surgit christus cū tropheo. Euāgeliū. Stabāt iuxta crucē. Offer. Recordare virgo. Secr. Suscipe mitissime iesu hostias nobis tue propiciationi oblatas: ob memoriā eximie turbatiōis matris tue: ac virginis marie. et cōcede vt post ei⁹ ineffabilē amorē nr̄as tribulatiōes īspicias: aduersitates amoueas: affectūq petitiōis nr̄e clemēter exaudias. Per d. Cōio. Aue regina. Cōpl. Purificet nos qs dn̄e sacramenta q̄ sumpsimus: et intercedente p nobis gloriosa matre tua maria cuius sacratissimam animā in hora passionis tue medullitus gladius pertrāsiuit passionis. concede vt a tribulatione presenti: et a morte anīe liberemur. Qui viuis. etc.

¶ Coniuratio malignorum spirituū in corpibus hominū existentiū put Rome in basilica eccl'ie scti petri cōtur &c. Scdʒ matheū. Cum

foli 14 natus esset iesus in bethleeʒ iude i dieb' herodis. &c. vt i die epiphanie. Scdʒ lucā.

fol 2 In illo tpe: missus est angelus gabriel a deo i ciuitatē. &c. Scdm marcū. In illo

fol 53 tpe: recūbentibus duodeciʒ discipulis apparuit illis iesus & exprobrauit incredulitatē illorū. vt in die ascensionis. Scdm ioanneʒ. In

fol 8 principio erat verbū: & verbum erat apud deum. &c.

In illo tpe: Scdm lucā. Descendit iesus in capharnaū ciuitatem galilee: ibiqʒ docebat illos sabbatis. Et stupebāt in doctrina ei': q: i potestate erat sermo ipsius. Et i synagoga erat homo habens demoniū imundū. Et exclamauit voce magna dicens: Sine: quid nobis & tibi iesu nazarene: venisti perdere nos. Scio q sis dei sanctus. Et increpauit illum dicēs: obmutesce: et exi ab illo: & cuʒ piecisset illud demoniū: in medium exit ab illo: nihilqʒ illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus & colloquebant ad inuicem dicentes: qd est hoc verbum: q: in potestate et virtute imperat immundis spiritibus & exeunt: & diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Oro.

Domine deus propitius esto mihi peccatori qui omnes homines vis saluos fieri: & ad imaginem et similitudinē tue diuinitatis nos fecisti: suscipe orationem quā pono ante cōspectum clementie tue pro famulo tuo. N. quia demonio vexatus est: vt ipsum ad tuam misericordiam perueniri concedas. P. Alia oro.

Obsecro te dn̄e iesu chri

su christe: vt extrahas om-
nes languores ab omnibus
membris huius hominis: a
capite: a capillis: a cerebro:
a fronte: ab oculis: ab auri-
bus: a naribus: ab ore: a lin-
gua: a dentibus: a faucibus:
a gutture: a collo: a dorso: a
pectore: ab vberibus: a cor-
de: a stomacho: a lateribus:
a carne: a sanguine: ab ossi-
bus: a tibijs: a pedibus: a di
gitis: a planta: a medulla: a
neruis: a cute: ⁊ ab omni cõ-
pagine membrorum eius.
Exaudi dñe iesu christe me
miserum peccatorem: tibi sit
virtus: potestas: ⁊ imperiũ
in secula seculorum. Amen.
Exorciso te immũde spiri-
tus in nomie dei patris om-
nipotẽtis ✠ ⁊ in nomine iesu
christi filij eius ✠ ⁊ in vir-
tute spiritus sancti ✠ vt re-
cedas ab hoc famulo dei. N.
Ipse tibi imperat maledi-
cte diabole: qui sic pedibus
super mare ambulauit: ⁊ pe-
tro mergẽti dexterã porre-
xit: qui ceco nato oculos a-
peruit: ⁊ quadriduanum la-
zarũ a monumẽto suscitauit.
Ergo maledicte diabole:
recognosce sententiã tuã: et
da honorẽ deo viuo ⁊ vero:
da honorem iesu christo fi-
lio eius ⁊ spiritui sancto pa-
raclito: ⁊ recede ab hoc fa-
mulo dei. N. per hoc signum
sancte crucis ✠ qd nos fron
ti eius damus: tu maledicte
diabole nunquam audeas vio-
lare: neque in eo p̃sumas am-
plius stare. Exi foras ab eo
sathana: ⁊ da locum spiritui
sancto paraclito. Exi foras
spiritus immunde ab hac
creatura dei. Oratio.
Deus angelorum: deus
archangelorũ: deus aposto-
lorũ: deus martyrum: deus
confessorũ: deus virginum:
deus pater domini nostri ie
su christi: inuoco nomen san
ctũ tuum ac preclare maie-
statis tue clementiã humili-

ter posco: vt mihi auxilium prestare digneris aduersus hunc nequissimũ spiritũ vt vbicũq latet audito nomie tuo velociter exeat vel recedat. Ipse tibi imperat maledicte diabole: q ventis et mari ac tẽpestatibus imperauit. Ipse tibi imperat maledicte diabole: q te de supnis celorũ inferiori terre demergi pcepit. Ipse tibi imperat maledicte diabole: q te retrorsum redire pcepit. Audi ergo sathana ꝛ time victus: ꝛ prostratus recede: adiuratus in nomine domini nostri iesu christi.

Tu ergo nequissime spiritus: inimicus humani generis: mortis raptor: iusticie declinator malorum radix: fons vitiorũ: seductor hominum: percussor gentiũ: incitator inuidie: causa discordie: origo auaritie: excitatio dolorũ: magister demonũ: qui stas ꝛ resistis: cũ scis eũ perdere vires tuas: mẽdax es: ꝛ scis illum qui in isaac est immolatus: in ioseph venundatus: in imagine est occisus: ꝛ in homine est crucifixus: deinde scis ab eo separatus: recede in nomine patris ✠ ꝛ filij ✠ et spirit' sancti ✠ et da locũ spiritui sancto. Per hoc signũ sancte ✠ crucis dñi nostri iesu christi qui vẽturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculũ per ignem. Amen. Incipit officium sup his qui a demonib' vexant. In primis dr: Dñs vobiscũ. R. Et cum spiritu tuo. Initium sancti euangelij secundũ ioannẽ. Gloria tibi dñe. In principio erat verbum. Itẽ aliud euangelium scdm marcum. Dixit iesus. ꝛc. Euntes in mundũ vniuersum predicate euangelium. ꝛc. vt in die ascẽsiõis. Postea dr. Pr nr. Et Aue maria. Sequitur oratio.

Domine sancte pa

ter deus omnipotens q̄ cō-
substantialem ꝛ coeternum
tibi ante oīa secula filiū in-
effabilem genuisti: cum quo
atq̧ cū sancto spiritu ex eo-
demq̧ filio ꝓcedentē celuʒ
terram oīa quecunq̧ existūt
visibilia ꝛ inuisibilia creasti.
Hic flectūt genua dicendo.
Te adoro: te laudo: te glo-
rifico: teq̧ bn̄edico: esto q̄so
ꝓpitius isti miserrio pctōꝝ
N. et ne despicias eū opus
manuū tuarū: sed salua ꝛ ad
iuua eū ꝓpter nomē sanctū
tuū. Deinde stādo dicitur.
Gl'ia in excelsis deo. Orō.
Domine iesu christe fili
dei viui qui es verus
et oṗs splēdor ꝛ imago pa-
tris ꝛ vita eterna: cui vna
est cū patre sanctoq̧ spū eq̄-
lis honor eadē gl'ia: coeter-
na maiestas. Hic flectunt
genua dicēdo. Te adoro:
te laudo: te bn̄dico: teq̧ glo
rifico: ne hūc obsecro famu-
lū tuū N. perire patiaris: sʒ
salua ꝛ adiuua eū gratia mi
sericordie tue quem ꝑcioso
sanguine tuo redimere di-
gnatus es. Amen. Hic di-
catur. Credo. Postea orō.
Domine sctē pater om-
nipotēs q̄ cōsubstātia-
lis coeternus ꝛ coeq̄lis pa-
tri filioq̧ existēs: ꝛ ab eis in
enarrabiliter ꝓcedens: ꝛ su
per eundē dn̄m nostrū iesuʒ
christū in columbe specie ꝛ
sup̱ apostolos in linguis ig-
neis descendisti. Hic flectū
tur genua dicēdo. Te ado-
ro: te laudo: te bn̄dico: teq̧
glorifico: repelle q̄so ab hoc
famulo tuo. N. tenebras to
tius noctis iniq̄tatis: ꝛ ꝑfi-
die: ꝛ accēde in eū lumē tue
misericordie: ꝛ ignē suauis-
simū sanctissimi amoris tui.
Dn̄e iesu chr̄e fili gloriosissi-
me virginis semp̱ marie ꝑ
cor te p̱ sanctā incarnationē
tuā parce isti ꝛ p̱ sanctā na-
tiuitatē tuam. Dn̄e iesu chri
ste parce isti p̱ presepium in-

214

quo iacuisti. Dñe iesu christe parce isti ꝑ baptismū̄ et ieiuniū tuū. Dñe iesu chr̄e parce isti ꝑ sanctā crucem ⁊ passionē̄ tuā. Dñe iesu christe parce isti per sanctos electos tuos. Dñe iesu christe parce isti ꝑ spinas corōe tue Dñe iesu christe parce isti ꝑ quinq̧ plagas tuas. Dñe iesu christe parce isti ꝑ alapas et acetū̄ felle mixtū̄. Dñe iesu christe parce isti ꝑ sanctū̄ sanguinē̄ ⁊ aquā que de tuo latere emanauerū̄t. Dñe iesu christe parce isti per sanctā resurrectionē̄ tuā. Dñe iesu christe parce isti per sanctā ascensionē̄ tuā. Dñe iesu christe parce isti per sanctū̄ spūm paraclitum. Dñe iesu christe parce isti per venturū iudiciū̄ tuum. Dñe iesu christe parce isti per maiestatē̄ tuam. Dñe iesu christe parce isti per gloriam regni tui. Dñe iesu christe parce isti ⁊ libera eū̄ a pctis suis ⁊ inimicis suis visibilibus et inuisibilibus: ⁊ da illi partē̄ cū̄ sctis tuis in vitā eternā. Amē̄. In nomine patris ✠ et filij ✠ ⁊ spūssctī ✠ Amen.

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me. Ps. Apprehende arma ⁊ scutum: ⁊ exurge in adiutorium mihi. Effunde frameā ⁊ cōclude aduersus eos qui tribulāt me: dic anime mee salus tua ego sum.

Collecta

Deus q̄ Oro. Collecta. ꝑ vnigenitū̄ tuū̄ exclusa dñatione diaboli populū̄ tibi fidelem aptasti: expelle q̄s a famulo tuo. N. cunctas diabolicas illusiones ⁊ insidias: ⁊ eū̄ illibatum ab omni eius impugnatiōe cōserua. Per eū̄dē̄ chr̄m dñm n.

Deus celi: deus Oro. angelorū̄: deus archāgelorū̄: deus prophetarum: deus virginū̄: deus qui potestatē̄ habes donare vitā post mortē̄: requiē̄ post la

borem: q̄2 non est alius pre-
ter te dn̄e: nec potest esse cre
ator celi ⁊ terre: q̄ rex es: et
regni tui nō erit finis: humi
liter maiestati ⁊ glorie tue
supplico vt hunc famulū tu-
um ab immūdis spiritibus
liberare digneris. Per dn̄z
Memēto lucifer quomodo
cecidisti de celo q̄ mane o-
riebaris: corruisti in terraz
qui vulnerabas gentes: qui
dicebas in corde tuo: In ce
lū conscendaz sup̱ astra dei
exaltabo soliū meū: sedebo i
mōte testamēti in lateribus
aq̄lonis: ascendā sup̱ altitu-
dinē nubiū ⁊ similis ero al-
tissimo. Verumtn̄ ad infer-
nū detraheris in ꝓfundū la
ci. Qui te viderint ad te in-
clinabūt: teq3 ꝓspiciēt. Nū-
q̄d iste est vir q̄ cōturbauit
terrā: q̄ cōcussit regna: q̄ po-
suit orbē desertū ⁊ vrbes e-
ius destruxit: vinctis eiꝰ nō
aperuit carcerē: oēs reges
gentiū vniuersi dormierunt

in gl'ia: vir in domo sua. Tu
aūt ꝓiectus es de sepulchro
tuo q̄si stirps inutilis: pollu
tus: ⁊ obuolutus cū his qui
interfecti sunt gladio: ⁊ de-
scenderūt ad fundamēta la
ci. Quasi cadauer putridū
nō habebis cōsortiū neq3 cū
eis in sepul'tura. Tu eñ ter-
rā tuam disperdidisti: tu po
pulū tuū occidisti. Nō voca
bitur in eternū semen pessi-
morū. ꝑparate filios eiꝰ oc-
cisionis in iniq̄tate patrū eo
rū. Non cōsurgēt nec here-
ditabunt terrā: neq3 imple-
būt faciē orbis ciuitatū. Et
consurgā super eos dicit do
minꝰ exercituū. Euāg.
Descendēs iesus de mō
te stetit in loco campestri: ⁊
turba discipuloꝝ eius: ⁊
mľtitudo plebis copiosa ab
omni iudea: ⁊ hierl'm ⁊ ma-
ritima: ⁊ tyri ⁊ sydonis qui
venerant vt audirēt eū: ⁊ sa
narent a languorib' suis: ⁊
q̄ vexabant a spiritibus im-

mūdis curabant: ⁊ oīs tur-
ba querebat eū tangere: qꝛ
virtus de illo exibat ⁊ sana
bat oēs. Ps. Eripe me do
mine de inimicis meis dn̄e
ad te cōfugi: doce me facere
voluntatē tuā qꝛ deus me-
Secret
Mun' Orō. (us es tu.
nostre humilitatis p
petitione famuli tui N. ob-
latū qs̄ dn̄e gratanter ac-
cipe: ⁊ ab ei' oppressiōe ma-
ligni insidias: omnēq; pote-
statē benign' exclude. P. d.

Domine deus Oratio.
virtutum suscipe pces
quas tibi offerim' pro famu
lo tuo ⁊ proijce inimicos ⁊
aduersarios suos sathan: ⁊
oēs sibi subiectos demones
vt amplius nō habeāt pote
statē in hoc famulo tuo N.
molestandi: fatigādi seu ve-
xandi eū: neq; durādi in eo:
qꝛ in te dn̄e sperauit: nō con
fundatur in eternum: sed
in tua iusticia et fortitudi-
ne libera eum. Oratio.

Eterne deus q̄ es deus
abraam: deus isaac: de
us iacob: deus moysi ⁊ aa-
ron: deus thobie ⁊ helie: te
sempiternū deū dprecamur
vt famulū tuū. N. iubeas d
tentatiōibus ⁊ vexatiōibus
demonū liberari: qꝛ spirit'
immūdi fuerūt ab initio sem
per fallaces: et nunq̄ stete-
runt in veritate sed semp in
malicia iniq̄tatis ⁊ superbie
vanitatis inuidie ⁊ cupidi-
tatis persiterūt: q̄ famuluz
tuū. N. varijs pturbationi-
bus fatigāt: iube igit ange-
lis tuis benignis: vt destru-
āt istos inimicos malignos:
vt isti serpētes crudelissimi
antiqui languescāt: ⁊ oēs so
cij eoꝝ pcuti facias: sicuti
pcussisti in ira ⁊ furore tuo
sodomā ⁊ gomorrā: sic ipos
inimicos ⁊ aduersarios tu-
os ad nihilū redigas: ⁊ in p-
ditionē ascēdere iubeas: qꝛ
presentē famulū tuū misera-
biliter fatigāt: ⁊ de corpore

eijcere conant: vt nō ampli
us in eius corpe possit lati-
tare: quod nō fecerūt nec in
eius anima: quātu diuinit'
infudisti: potestatē habeāt:
nec in vllo vestimēto eius:
vel indumēto: seu in cōpa-
ginatiōibus membroꝝ seu
corporū malignitas eorum
vim aliquā obtinere vale-
at: qm̄ tu dn̄e eū fecisti de li-
mo terre: ossa ꝛ neruos eius
formasti: spiritum dedisti: ꝛ
ideo ꝓpter honorē nominis
tui dn̄e: ꝛ filij dei tui dn̄i no
stri iesu christi: ꝛ virtutē spi-
ritus scti atq̄ sanctissime ✝
crucis dissipent demones a
corpore ꝛ aīa famli tui. N.
et pergāt ad penarum loca
ipsis a te p̄parata: qr tu dn̄e
non auro nec argēto nec gē-
mis preciosis cōparasti: sed
sacratissimo sanguine tuo ꝑ
passionē tuā nos redemisti
iesu christe saluator mundi
M quā maiestatē tuā lau
dant. Cō. dāt angeli.

tudo languentiū ꝛ q̄ vexabā
tur a spiritibus immundis
veniebant ad eū: qr virtus
de illo exibat: ꝛ sanabat oēs
C Elestis hic pa- Oratio
nis quē sumpsim' dn̄e
et nobis indulgentiā tribu-
at: ꝛ famulū tuū. N. ab ho-
stis antiqui illusione defen-
O Ad. Orō. dat. Per.
mnipotens deus salus ꝛ
eterna medicina: exaudi nos
ꝓ famulo tuo. N. deprecan
tes: ꝛ da ei verā humilitatē
verā penitentiā ꝛ virtutē: ꝛ
fac eū relinq̄re vanas pom-
pas diaboli: ꝛ angeloꝝ ei'
apostaticoꝝ: ꝛ ipsum famu
lū tuum. N. ab eoꝝ potesta-
te liberare digneris: sicut li
berasti adam de inferno: pe
trū de carcere: paulū de vin
culis: susannā de falso crimi
ne: luciam de lupanari: qui
iussisti paralyticum tollere
grabatū suū ꝛ ambulare: la
zarum de monumēto surge
re: israeliticū populū ꝑ me-

Compl:

216

dium maris transire: ionam de ventre ceti: de sydonijs: tres pueros de camino ignis ardentis liberasti: danielemq̧ de lacu leonū: dauid de gladio maligno: mariaꝫ magdalenā de septē demonijs eripuisti: ita dn̄e liberare digneris famulū tuū. N. ab antiquis ꝑsecutionibus. Oramus qm̄s ops deus: vt spūs iniquitatis nō habeāt amplius potestatē in famulo tuo. N. sꝫ pax dn̄i nostri iesu christi per quē redēpti sumus nobiscū sit: vt nulla mala timeamus: q2 ipse nobiscuꝫ est. Per eundē. Postea dicet. Initiū scti euangelij scd̄m ioannē. Gl'ia tibi dn̄e. In pr̄cipio erat v̄bum. ꝛc. Ps. Deus in nomine tuo sal. ps. De⁹ in adiutoriū meū intēde. ps. In dn̄o cōfido. ps. Quid gloriaris i malicia. cū letanijs et oꝛonibus videlꝫ. Deus cui propriū est misereri. Postea dicit hec cōiuratio. Coniuro te diabole per patrē ꝛ filiū ꝛ spūm sanctuꝫ: et per patriarchas ꝛ ꝓphetas apostolos euāgelistas: martyres: cōfessores: ꝛ virgines: ꝛ oēs sctōs ꝛ sanctas dei q̄ quotidie ꝛ semper regē dn̄oꝛuꝫ laudant ꝛ glorificāt ipm̄ in throno sedentē. Et ꝑ dn̄m nr̄m iesum christum te coniuro: vt recedas ab hoc famulo dei. N. Cōiuro te diabole per passionē dn̄i nr̄i iesu christi quā recepit ꝓ humana generatione: vt recedas ab hoc famulo dei. N. Cōiuro te diabole ꝑ sanctā cruceꝫ in qua dn̄s nr̄ iesus christus fuit suspēsus: vt recedas ab hoc famulo dei. N. vt nō possis te celare in corpe suo: nec in membris suis: nec in capite suo. Cōiuro te diabole per clauos dn̄i nostri iesu christi q̄bus manus etiā ꝛ pedes ei⁹ in cruce cōfixi fuerūt: vt recedas

cedas

cedas ab hoc famulo dei. N.
vt nõ possis te celare in ore
suo: nec in capite. Coniuro
te diabole per lanceã quam
habebat longin⁹: cũ qua la-
tus dñi nr̃i iesu christi perfo
rauit: ⁊ inde exiuit sanguis
et aqua: vt nõ possis te cela-
re in gutture suo: nec in lin-
gua: nec sub ligua: nec in a-
liquibus membris eius. Cõ
iuro te diabole per mortem
et sepulchrum christi a quo
tertia die resurrexit a mor-
tuis: vt non possis te celare
in visceribus suis: nec in in-
terioribus. Cõiuro te dia-
bole per resurrectionez dñi
nr̃i iesu christi in q̃ apparuit
discipulis suis dicẽs: Ego
sum nolite timere: ⁊ p̃cepit
eis dicens: Ite in mundum
vniuersum: ⁊ predicate euã-
geliũ omni creature: q̃ cre-
diderit ⁊ baptizatus fuerit
saluus erit: qui vero nõ cre-
diderit condemnabit̃. Per
hec verba supradicta cõiu-
ro te ⁊ admoneo: vt recedas
ab hoc famulo dei. N. Cõ-
iuro te diabole per ascensi-
onẽ dñi nostri iesu christi: vt
recedas a famulo dei. N.
Coniuro te diabole ꝑ spũm
sctũm altissimũ paraclitum
quez dñs noster iesus misit
discipl'is suis in linguis ig-
neis: vt recedas ab hoc fa-
mulo dei. N. ⁊ amplius nõ
reuertaris: nec reuerti faci-
as aliquẽ sup eũ: ⁊ sicut deus
separauit celũ a terra: veri-
tatẽ a mẽdacio: bonũ a ma-
lo: dulce ab amaro: sic tu sis
separat⁹ ab hoc famulo dei
N. ⁊ amplius nõ possis ap-
propinq̃re ei: nec eũ succũbe
re: nec te dirigere de die nec
de nocte nec fornicare: nec
spumare: nec dolũ facere in
nulla hora: nec in momento
dũ steterit: nec dũ ambula-
uerit: nec dũ dormierit: nec
dum vigilauerit: nec aliqua
ratiõe: nec dũ manducabit:
nec dũ bibet: nec dũ aliquod

opus faciet: nec possis contra hūc famulū dei aliquod mali facere: nec per aliquā reuelationē ad aliquā ꝑsonam viuentē in terra dare: nec offēdere: nec facias sibi offendi: nec aliqđ malū possis cōtra eū exequi: nec alicui ꝑsone molestiā dare possis: nec aliquē immundū spiritū in tuo adiutorio cōuocare possis: nec sup hunc famulū dei stare possis: nec ipsuz dissipare nec violare.

Coniuro te diabole ⁊ spūs immūde: p deū patrē omnipotentē: p iesum christū filium eius vnicū dn̄m nostrū: et p spiritū paraclitū altissimū: ⁊ per duodecim apl̄os: et p quatuor euāgelistas: ⁊ per duodecim ꝓphetas: ⁊ p viginti quatuor seniores te coniuro: ⁊ per oēs inuocationes sctōrum te cōiuro: qui quotidie ⁊ semp dieb⁹ ⁊ noctibus regē deū sunt laudātes glorificantes in secula seculorum. Amen.

Coniuro te diabole p quatuor partes mundi: vt perdas ⁊ dimittas locum istuz vbi manes ⁊ vadas nec iterum possis reuerti ad ipsuz: nec ad aliquā aliam personā: sed recedas cū alijs immūdis spiritibus ⁊ dimittas istū locū ⁊ vade vbi tibi dixi: ⁊ sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant pctōres a facie dei: ⁊ sicut sal in aqua: sic fugias ⁊ ad nihilum sis deduct⁹. Alia cōiuratio.

Coniuro te diabole per sanctū michaelē: p sctūm gabrielē: p sctūm raphaelē: p sctūm vrielē: ⁊ p oēs angelos ⁊ archangelos: ⁊ p nouē choros angeloꝝ: ⁊ p oēs v̄tutes celoꝝ p̄cipat⁹ ⁊ potestates: thronos ⁊ dn̄ationes cherubin ⁊ seraphin deo patri obediētes: ⁊ ipsum sp laudātes gl̄ificātes in sc̄l'a seculoꝝ. Am̄. Alia ɔiura.

Coniuro te diabole per

oēs sctōs veteris testamēti q̄ sunt in paradiso: ꝛ ī gl'ia dei p̄ris oīpotētis: ꝛ p gloriosaz virginē mariā: q̄ fuit virgo añ partū: in partu: atq3 post partū: ꝛ ɔcepit dn̄m nr̄m iesum chr̄m saluatorē ꝛ redēptorē mūdi: ꝛ p oēs sctōs patriarchas ꝛ pphetas: apl'os euāgelistas: martyres: confessores: doctores: ꝛ v̄gines et p omnes virtutes dei.

Te cōiuro vt non habeas potestatē neq3 licentiā standi in corpe famuli dei. N. q2 deus fecit eū ad similitudinē suā: nec te lateat sathana et beelzebub imminere penas ꝛ tormēta q̄ veniēt tibi in die iudicij: ꝛ in diē sempiternū qn̄ deus vētur⁹ est iudicare viuos ꝛ mortuos velut cliban⁹ ardēs in terra: ꝛ vniuersis socijs tuis ꝛ angelis malignis ī signū vadas: et proinde intus damnatus p infinita secl'a seculorū. Amē.

¶ Officium in festo beati Jacinti cōfessoris: ordinis Predicatorū. Ad primas vespas. sup ps̄. Añ.

Adest dies celebris: q̄uo nobis mater Ecclesia: in festo tanti luminis: offert noua preludia. Dum Jacintū sanctissimum cūctis tradit hominibus: venerandū per secula. Alleluia. Ps̄. Laudate cū ceteris. Capitulū. Dilect⁹ deo. Responsoriū. 9. Hymnus.

Laudib⁹ celsis veneremur oēs Festa: que nobis tulit hec iucunda: Qua dies mirum redolens Jacintus: spirat odorem. Inde Jacintus merito vocaris: floribus prestes quod ꝛ alta menti: clarior gemmis residet virili: inclita virtus. Ordinē prudēs animo calēti: predicatorꝫ sitiens adisti: hinc comes nostri teneris ab annis: pgenitoris. Hunc virū tanto comitem parenti: Pontifex summus fluitantis orbis: inter electos modo collocatū: iure beauit. Gratias summas habeamus oēs: et Deo soli pariterq3 trino: donet vt nobis precibus Jacinti: scādere ce-

218

lum. Amē. ℣. Ora pro nobis. Ad Magnifi. aña.

IAcinti nostri syderis magnificemus gloriam: qui in vita pauperrimus magnis dotatus meritis: semper auxit ecclesiā: q̄ꝫ pius: q̄ꝫ humillimus exēplū dedit seculis: nunq̄ꝫ casurū mentibus. Magnificat. Oratio.

OMnipotēs ꝛ pijssime deus: q̇ ꝛ merita supplicū excedis: ꝛ vota: Cōcede ꝑpitius: vt beati Jacinti cōfessoris tui meritis adiuuemur: cuius solennitate letamur: Quatinus eius intercessiōe muniti: tua benignitate saluemur. Per do.

Ad matuti. Inuitato.

IUbar quod diu latuit: cunctis resplendet hodie. Venite adorem⁹. Venite exulte. Ad matu. hym̄.

GAude mat̄ ec̄cl'ia: tāto lustrata sydere: sed tu mag̃ Polonia: de tanti patris munere. Predicatorū ordinis: fulsit hic pater inclit⁹ professor sacri numinis: primeui patris socius. Sub Augustini regula sectatus patrē optimū: mente ꝑfecit sedula: norma virtutū omniū. Hunc yuo Romā contulit: vbi pater Dominicus: habitum suū induit remittēs eū patribus. Sit Patri: Nato: Flamini: honor: virtus ꝛ gloria: qui nos Jacinto supplici: eterna donet patria. Amē. In primo nocturno aña.

IAcinti corpus tumulo: leta sumit Cracouia: sancti viri spirituz celi suscepit curia. Ps̄. Beat⁹ vir. Aña. Quare fremētis populi Jacint⁹ corda gentiū: verbo conuertit humiliz corda tāgebat hominū. Ps̄ Quare fremue. Aña. Vir fuit euāgelicus: qui sui patris monita: secutus est diuinitus: celesti plenus gratia. Ps̄. Dn̄e quid multipl. ℣. Amauit eū dn̄s. ℟. Stola gl̄.

BEatus Jacintus natione Polonus villa Camiensi ex nobilissima Odrowaz antiquaꝗꝫ familia oriundus fuit. Hic ab annis puerilib⁹: diuinis literis ac moribus mancipatus: oēs suos coētaneos superans: qualis postmoduz

Lectō j.

esset futurus: in ipsis etatis
sue primordijs ostendebat.
Elegerat em̄ illū sibi dn̄s: ꝛ
quē presciebat seruum suuz
fidelissimū: cui tanq̃ alteri
dauid tuto committeret sui
cordis arcanum: ꝛ sapientie
sue thesaurū per officiū pre-
dicatiōis cōmunicaret: lar-
giter fidelibus eroganduz.
Tu aūt dn̄e. Responsoriū j.

Iacentē mundum tenebris Ja-
cintus totū reperit: sed luce san
cti Flaminis totus accēsus ferbuit:
et corda tāgens hominū: multos ad
fletū compulit. ℣. Fluminis impe
tus letificat ciuitatem dei. ℟. Et
corda. Lectio ij.

Hunc virū sanguine coniun-
ctū ꝛ quadā familiari ami-
citie ꝓrogatiua sibi appri-
me deuinctum: Venerabil'
yuo Cracouieñ. Ep̄us Ca-
nonicū sua in cathedrali ec-
clesia cōstituēdo sibi magis
asciuit: Quē nō multo post-
modū temporis interuallo:
ad studium generale sacre
theologie: literis imbuēdū
transmisit. Ubi quum plu-
rimū in diuinarū scriptura-
rū sapientia ꝓfecisset: Cra-
couiam reuersus: vna cū di-
cto yuone venera. Episco-
po Romā veniens: ibi bea-
tissimū patriarchā nostrum
Dominicū ꝓ sui ordinis cō
firmatiōe vigilantē inuenit
A quo: habitu suo deuotis-
sime suscepto: tanta fuit pa-
trem suū humilitate sectat⁹:
vt videre videamur in bea
to Jacinto sctūm Domini-
cū resplendentē: ꝛ in beato
Dominico sctūm Jacintuz:
patris sui vestigia in oībus
subsequentem. Tu aūt dn̄e.
Responsorium.

Hic sanctorū cōfessorū gloria sanctissimus: hic studen-
tum norma morū: vir est hic cathol-
licus: Suis vertēs in stuporē patri-
am sermonibus. ℣. Ignitū verbuz
ꝓferens: inflammat corda frigida.
Suis vertēs. Lectio iij.

Anno itaq̃ scđo a nati-
uitate dn̄i sup̄ M.CC.xvj.

219

beatus Jacintus a sanctis-
simo patre Dominico cum
aliis duobus: Ceslao vide-
licet et Hermano: habitum
ordinis predicatorum Rome
simul indutus: annum inte-
grum cum patre suo beatissi-
mo viro re et nomine vere
Dominico Rome commora-
tus est: ubi ab eodem humili-
tatis: charitatis: obedientie
ac paupertatis asperrime:
aliarumque omnium virtutum
exempla clarissima: tanquam a
suo vero exemplari decer-
pens: omnibus diuine religio-
nis ordinis sui institutis ce-
remoniis ac obseruantiis ple-
nissime informatus: in ma-
nibus diui Dominici solen-
nem professionem emisit. Quo
peracto: breui post tempore Ro-
ma discedens: de mandato pa
tris sui Dominici ad preces di-
cti venerabilis yuonis Epi-
scopi: cum illis: quibus cum
habitum sumpserat: duobus
sibi sociis deputatis: vtriusque
patris: Dominici videlicet
et yuonis: prius benedicti-
one percepta: ad suam patriam
remeauit. Quamprimum autem
Cracouiam Regni Polonie
ciuitatem generosissimam appli
cuit: ita cepit verbo et opere
omnium procurare salutem: quod
infra modicum temporis: nedum
ciuitas ipsa Cracouia: verum
et tota Polonia alieque circum
vicine regiones calorem ver-
bi eius et miraculorum opera-
tionem senserunt. Tu autem domine.

Inter flores hoc Ja- **Responso.**
cinto: flos non redolentior inter gem-
mas preciosas: nulla gemma clarior:
Qui virtutum flos et morum: gemma
splendens omnibus. **V.** Date Deo
voluntarias primitias: et purpuram et
iacinthum. Qui vir. Gloria p. Qui V.

In secundo noct. Antiphona.

TE inuocamus dominum: in huius
sancti gaudiis: exaudi tuum populum
placatus suis meritis. **Ps.** Cum
inuocarem. **Antiphona.** Verba pru
dentis hominis fluunt ex ore felici:
dum aqua sancti fluminis purgan-

tur omnes populi. Ps. Verba mea. Aña. Noster in celis dominus regnat: qui cunctis seculis nos sui sancti precibus celi coniunget angelis. Ps. Domine dominus noster. ℣. Justum deduxit. Res. Et ostẽdit illi. Lectõ iiij.

SAnctus iste: mirabilis fuit abstinentie ⁊ durissime austeritatis: quaz a sanctissimo patre nostro Dominico: tanq̃ ab originali fonte: tanta animi constantia sumpsit: vt fere videantur incredibiles penitentie illius maxime illis q̃ sensualia corporis oblectamenta sectantur: si vel minimam illarum portiunculam recensere voluerimus. Erat enĩ ei quemadmoduz et patri eius Dominico in ecclesia pernoctandi cõsuetudo creberrima: vt vir aut raro certum ad quiescendum locum habere fuerit deprehensus: nanq̃ corporis membra debilia die noctuq̃ orationibus: contemplationibus: lectiõibus: disputatiõibus: predicationibus: confessionum audientijs: alijsq̃ bonis operibus et sacris vigilijs fatigata: ante altare super lapidem: aut super nudam terram: capite recliato modici somni refocillata solatio: ad sanctas vigilias arduosq̃ labores iterum excitabat. Tu aũt dñe mise. Respõs.

MAgnus preco diuinitus: missus ad partes patrie: vir vere Dei celitus: cunctos subegit gratie: morbos curando omnium: christi inuocato nomine. ℣. Verbo: vita: miraculis: seuos repellit demones. Christi in. Lectio. v.

COnsiderabat profecto vir dei: corpus quod corrũpitur animam aggrauare: et sensum deprimere plurima cogittantem: Non oblitus fuerat saluatorem suũ: suis dilectis discipulis predicasse. Vigilate ⁊ orate:

220

ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est: caro aũt infirma. Qui enim seruum suum: iuxta sapientem: in adolescẽtia delicate nutrierit: ipsum sentiet etiã in senectute cõtumacem: Nam caro aduersus spiritum concupiscit: vt difficillimum sit dare palmam spiritui: nisi prius carne calcata. Quare vir dei Jacintus: corpus suum spiritui seruire compellens: corrigijs nodosis: vsq3 ad sanguinis effusionem: singulis noctibus affligebat: omnibus sextis ferijs et vigilijs beate virginis ⁊ Apostolorum: in pane et aqua ieiunabat: vinum aut raro: aut limphatissimum vix degustabat: vt potius delibasse: quam vinum bibisse sit dicendum. Hec ⁊ huius generis alia quamplura similia: vir dei operabatur: que nobis admiranda magis q̃3 imitanda proponũtur. Uerum q̄ si et nos aliquando excitaremus ad bonum: nõ tam difficilis appareret via celorum: neq3 manus domini cuipiam abbreuiata deesset: si spiritussancti motionibus consentiret. Tu aũt.

Corpus afflictuȝ Respõso. iugiter subegit Christi legibus: qd̃ calcans multipliciter: non tulit mergi turpibus: Sed dono dei gratie mundum seruauit spiritum. ℣. Carnem aduersus animã rebellem sensit plurimum. Sed do.

Omnium aũt Lectõ. vj. virtutũ splendore sanctus iste mirum in modum fulsit. Inerat nanq3 ei profundissima cordis humilitas: pudicitie virginal' castitas admiranda. Dei et proximi charitas maxima: Nam tam pijs in afflictos charitatis visceribus mouebatur vt vbicũq3 plorantem aliquem: aut alia quauis necessitate laborantem inuenisset

inuenisset: a lachrimis se cōtinere nō posset: immo quia gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus: ad sui patris imitationem sibi proprium vendicabat: fusis in oratione abundantissimis lachrimis: pro tribulatis diuinam clementiam implorabat: Nullum vel paruissimum temporis spacium sibi inutiliter preterire sinebat: sed totum diuinis obsequiis mancipando: semper aut studebat: aut p̄dicabat: aut confessiones audiebat: aut scribebat: aut infirmos visitabat: et consolabat afflictos: aut quod sibi dulcius crebriusq̄ ac familiarius videbatur: deuotissime perorabat: sicq̄ verbo et exemplo ad bonorum operum frugem bonos et malos mirabiliter promouebat. Tu āt. Responsoriū. Exemplar datū: humilis Jacintus fuit seculo: Cracouiensem populum celesti pascens pabulo: Christi frequētans poculum et corporis mysterium. ℣. Velum fecit de Jacintho: cortinasq̄ purpureas. Christi fre. Gloria patri et c. Christi fre. In iij. Nocturno super ps̄. Aña. Quis vidit in celestibus florentem tanta gloria: qui vitam in terrestribus conseruat Dei gratia. Ps̄. Domine quis. Aña. Virtute magna p̄ditus: vicit omne mortiferum: et mēte semper feruidus: celi conscendit soliū. Ps̄. Dñe i virtute tua. Aña. Terra relicta ceteris: sprecta contēptu facili: paup Jacint⁹ statuit degere sibi hūili. Ps̄. Dñi est terra. ℣. Justus vt palma. Responso. Sicut cedrus. Lectō vij

Beatus igitur Jacintus: post diuturnos labores pro animarum salute perpessos: et post multorum operationem miraculorum: diuine contemplationis dulcedine raptus: to-

221

to mentis desiderio dissolui cupiens et esse cum christo: lachrimis et orationibus assidue postulabat: vt de mortis huius carcere educeretur ad patriam: Cuius desiderium pater misericordiarũ exaudire disponens: terminum vite sue sibi reuelauit: et dulci alloquio cõsolatus est: quem paucis post diebus ad sui fruitionem cum angelorum multitudine in modum subsequentem assumpsit. Tu aũt.

Patres: yuo: Respõsoriũ. Dominicus: et deus rex altissimus: te doctum: sanctum: humilem fecerunt cunctis seculis: O vir inenarrabilis. ℣. Jacintus plebem supplicem conserua tuis meritis. O vir. Lectio viij.

Cum enim in crastino festiuitas sancti patris nostri Dominici incepisset Jacintus aliqnantulum infirmari: et morbus indies grauius inualesceret: in vigilia Assumptionis gloriose virginis Marie: conuocatis Cracouieñ conuentus (quẽ ipse fundauerat) fratribus senioribus: sui corporis dissolutionem imminere predixit: Quibus omnibus vberrime lachrimãtibus: pater verba q̃z plurima consolatoria subiunxit dicens Nolite filij charissimi flere super me: quia domino me vocante crastina die transiturus sum ad patrem. Naz sicut nulli licet sancto mortem infligere: nisi cum deus voluerit: sic non decet christianum: presertim aũt verum religiosum mortem ꝑtimescere necessario moriturum: Gaudete potius et mecum congratulamini fratres: q mihi viuere Christus est: sed mori lucrum: dissolui eñi cupio et esse cum Christo: q si vobis magis

q mihi timetis: animi equiores estote filij: quia non minus vobis auxiliabor huius corporis grauissimo onere iam deposito: q fecerim: quando vobiscum imaginē huius mortis vita hac infelicissima deportabam. Tu aūt domine. Respons. Scandenti celi sidera consequuturo premium: celesti tibi curia occurrit Rex psallentium: Vir sancte viso domino. ℣. Leuans ad celum oculos: cogis abire spiritū. Vir sctē.

In extremis Lectio ix. aūt agens beatus Jacintus: testamentum nullū fecit: quia pauper christi vnde faceret nō habebat: Uerum patris nostri Dominici monita saluberrima ad memoriam reuocās que ex ore inquit patris nostri audiui: vobis inuiolabiliter obseruanda relinquo: humilitatem seruate: charitatem mutuam habete: et paupertatem voluntariam possidete: hoc eñ est testamentū eterne hereditatis. Quibus dictis: coram positis fratribus et orantibus: cum magna populi multitudine vberrime flentibus in die Assumptionis gloriose virginis Marie: hora diei q̄si nona: completisq; prius diuini officij horis canonicis cum lachrimis in illum psalmū: In te domine speraui: deuote prorumpens: cum verba illa complesset: In manus tuas domine cōmendo spiritum meum. etc. Anno dñi. M.CC.lvj. ex hac luce transiuit ad christum: Corpus aūt eius sanctitate et virginitate purissimum: Uenerabilis: qui tunc cathedrali ecclesie ciuitatis Cracouieñ. preerat Episcopus cum tota cleri et populi vtriusq; sexus multitudine: in conuentu ordi-

223

nis predicatorum honorifi-
ce sepeliuit: Ubi cum innume
ra stupendaque miracula per
medium sui sancti deus al-
tissimus operatur: vt claris-
sime: tum ex tabellis ad san-
ctum eius sepulchrum ap-
pensis: tum ex processu in-
quisitionis eius pro canoni-
satione facienda valde mi-
rabili: vnicuique docto pari-
ter et indocto patere potest.
Liquet profecto et ferme per
totum iam patet vniuersum:
sanctum istum Jacintum et
viuentem et vita functum:
mortuos suscitasse: cecos il-
luminasse: erexisse claudos:
sanasse contractos: parali-
ticos consolidasse: conuali-
dasse hydropicos: et id ge-
nus alia multa operatum fu-
isse: ad gloriam domini no-
stri Jesu christi: qui est be-
nedictus in secula seculorum.
Amen. Tu autem. Responso.
Orantibus discipulis pater relicto
seculo: letus ascendit spiritu: toto
plorante populo. O vir pater san-
ctissime tuis succurre filijs. V. Qui
lachrimarum fluuio confidunt tuis
meritis. O vir. Gloria patri. O vir.
Te deum lau. Ad laudes. V.
Ora pro nobis beate. Aña. In
hora sui transitus Jacintus pansis
manibus: celo premisit spiritum cun-
ctis solutis fletibus. Ps. Do-
minus regnauit. Aña. In
te speraui domine: decantans voce
flebili sanctam efflauit animam: as-
pectu visus angeli. Ps. Jubi-
late deo. Aña. Cum venit ad
versiculum: In manus tuas domi-
ne: relicta carnis sarcina: rediit ad
suum dominum. Ps. Deus de-
us meus. Aña. O virum ineffa-
fabilem benedicendum iugiter: re-
gnans in celi solio: nos benedic per
secula. Cant. Benedicite. aña.
Laudantem sancti merita: sancto-
rum iunge cetibus: ploranti sua sce-
lera: parce Jacinti precibus. Ps.
Laudate dominum de celis.
Eterni regis mari. Hym.

mus: confessor nouus floruit: et preco celi celicus: mundo patenter patuit. Nunc vita clara indicat: signa diuersa intonant: secreta que hic nouerat: magnum fuisse predicant. Ceci recepto lumine: claudi redacti gressui: dum vite dant mortui: fantur dei magnalia. Mirandis his prodigijs: Jacintus viuens claruit: et alijs quam plurimis post mortem pius resplenduit. Agamus christo gloriam: pro tanti sancti moribus: qui nos ad celi curiam conducat eius precibus. Amen. ℣. Justus germinabit. ℟. Et florebit.

Ad Benedic. aña. O quantus luctus populo: quanta lamenta fratribus: dum vir Jacintus seculo: discessit tendens oculos: ad Jesum suum dominum: orans coniunctis manibus: In manus tuas domine meum commendo spiritum.

Benedi. Oro vt in primis vesperis. Ad secdas vesperas. Psalm. de cōi confessorum. Aña super psal. In hora. cetera vt i primis vis.

Ad Magnificat aña. Aue gemma preciosa: cunctis gemmis clarior: Aue florum flos Jacinte omni flore purior: Aue pie: aue bone pastor nr inclite: tu qui potes: scis et voles preces nostras suscipe: vt potenti tua prece nos trahas ad superos. Alleluia. Magnificat.

Oratio vt in primis vespis.

In Missa officium. In medio ecclesie. Gloria in excelsis deo. Oro. Omnipotens et pijssime deus. Epla. Dilectus deo. Respōs. Os iusti. Alleluia. ℣. Memor pater o Jacinte: nature nostre fragilis: stans coram summo iudice: nos tuis iuua meritis.

Sequētia. Salvatorem collaudemus: in Jacinti laudibus: ore ei presentemus corde quod concepimus. Mores eius mores digni: mores quam sanctissimi: innotescant omnibus. Quantum potest quantum valet: magnas omnis promat laudes: tu Polon amplius. Laus sit tibi specialis sit sonora sit mentalis: sit iucundu

iubilus. Toto corde pleno ore: vicum hunc sanctissimum: totis lauda viribus. Te qui pauit: fouit: monuit: ad virtutes cunctas tulit: depulsis erroribus. O q̄ȝ bonum q̄ȝ iocundum: talem fuit tibi virum: audire Polonia. Nec tu sola meruisti: sed ⁊ alij plures pasci: verbis eius dulcibus. Hic Germanis fuit notus: hic Polonis: hic Romanis: hic vicinis populis. Ut helias sue plebi: alter q̄uis suo gregi: tantum iste profuit. Uerbo: vita: signis: fam͂ ad amorem Christi trahens: sanctis suis moribus. Laudes ergo tanto viro: laudes demus corde puro: ac sinceris mentibus. Deprecantes genu flexi: verū deum miti vultu: vt post mortem tuto portu: nos reducat ⁊ conducat: ad perhenne celi regnum: huius sancti precibus. Amen. Euangelium. Uos estis sal terre. Offr. Ueritas mea. Secreta. Sancti Jacinti confessoris tui quesumus domine preclaris meritis subleuemur: cuius solēnijs gloriamur. Per dominum n. Alia secreta. Propiciare domine supplicationibus nostris: ⁊ concede: vt beati Jacinti confessoris tui suffragantibus meritis: quod fideli deuotione poscimus: efficaciter consequamur. Per dn̄m n. Cōio. Fidelis seruus. Post cōmunionem. Concede q̄s omnipotens et misericors deus: vt malis omnibus: quibus merito propter scelera nostra affligimur: beati Jacinti confessoris tui intercessione superatis: ad tuam securi gloriam trāsferamur. Per dn̄m nostrū Jesum. ⁊c.

Registrum foliorum.

+	Arcus cum medio.
++	arcus vnus.
+++	medium.
a	duernus.
b	duernus.
c	duernus.
d	duernus.
e	duernus.
f	duernus.
g	duernus.
h	duernus.
i	arcus vnus.
k	arcus cum medio.
l	duernus.
m	duernus.
n	duernus.
o	duernus.
p	duernus.
q	duernus.
r	arcus vnus.

Sequitur cõmune sctõrũ.

A	duernus.
B	duernus.
C	duernus.
D	duernus.
E	duernus.
F	arcus vnus.
⁊	arcus vnus.
ꝯ	arcus vnus
ꝰ	arcus vnus.
t	arcus vnus.
S	arcus vnus.

Finis registri.



Informationes et cautele obseruāde presbytero: volente diuina celebrare.

PRima cautela est vt sacerdos missam celebraturus conscientiā suam per purā confessionē optime preparet sacramentū vehementer desideret/ et conficere intēdat. Norulā de modo agēdi officiū memoriter et bene sciat Gestus valde cōpositos ac deuotos habeat. Cū eñ quilibet teneat deū diligere ex toto corde/ ex tota anima/ et ex totis viribus suis/ hic deum diligere non probat qui in mensa altaris vbi rex regū/ et dñs omniū tractatur et sumitur irreligiosus/ indeuotus impudicus distractus vagus/ aut desidiosus apparuerit. Attendat igitur vnusquisq̄ q ad mensam magnā sedeat. Cogitet qualia eum preparare oporteat. Sit cautus et circūspectus/ stet erectus/ non iacens in altari/ cubitos iungat lateribus/ manus exaltet vt extremitates digitorū modicum sup humeros videant. Intellectū signis et verbis coaptet/ qm̄ magna latent in signis/ maiora in verbis/ maxima in intentione. Tres digitos iungat quibus signa faciat/ reliquos duos in manu componat. Signa faciat directe/ non oblique/ satis alte ne calicem euertat/ nō circulos pro crucibus faciat. Cum inclinandum erit/ non oblique sed directe ante altare toto curuatus corpore se inclinet.

¶ Secunda cautela est/ vt non putet sed certo sciat se debitas materias habere/ hoc est panem triticeum et vinū cum aqua modica. De quibus poterit sic certificari. Erigat a ministro vt gustet tam vinū q̄ aquam: Ipse aūt presbyter non gustet/ sed guttam fundat in manum digito terat/ et odoret/ sic erit certior. Non credat ampulle signate/ non colori/ qm̄ sepius fallūt Videat calicem ne sit fractus. Consyderet vinum si sit acetū nullo modo celebret. Si acetosum dissimulet. Si nimium aquosum abstineat: nisi sciat vinum aque preualere. Et in omni casu si contingat dubitari/ vel propter acedinem/ vel propter mixturam vel insipiditatem vtrum possit confici/ cōsulimus abstinere. Quia in hoc sacramento nihil sub dubio est agendum vbi certissime est dicendum (hoc est eñ corpus meum) et (hic est eñ calix sanguinis mei) Item oblatas cōuenientes eligat/ et vinum cōpetenter infundat/ q hoc sacramentū debet sensibus deseruire ad videndum tangendum et gustandū vt sensus reficiat ex specie/ et intellectus ex re contenta foueatur. Aqua etiā in paruissima quantitate infundatur/ vt a vino absorbeatur et saporem vini recipiat. Non est enim periculum quantumcumq modicum apponatur de aqua/ est aūt periculum si multum. Apponitur eñ aqua solum ad significandum/ set vna gutta tantum significatur quantum mille.

225

Ideo caueat sacerdos ne cum impetu infundat ne nimis cadat.

¶ Tertia cautela est / vt canonē morosius legat / q̃z cetera / et precipue ab illo loco. Qui pridie. Tunc em̄ respirans attendere debet / et se totum colligere si prius non potuit singulis verbis intendens. Et cum dixerit Accipite et manducate ex hoc omnes / respiret / et vno spū tractim dicat. Hoc est enim corpus meum. sic q̄ non immisceatur alia cogitatio. Non em̄ videt esse rationabile discontinuare formā breuem tam arduam tam efficacem / cuius tota virtus dependet ab vltimo verbo scilicet (meū) quod in persōna christi dicitur. Unde non debet cuilibet verbo punctus imponi / cū id multa ratiōe valeat vt dicat. Hoc. est. em̄. corpus. meum. sed totū simul p̄ferat. Pari modo hoc idem in forma consecrationis sanguinis obseruetur. Item proferendo verba consecrationis circa quamlibet materiam sacerdos semper intendat conficere id qd̄ christus instituit / et ecclesia facit.

¶ Quarta cautela est / vt si plures hostias habet consecrare / debet harum vnam eleuare quam sibi deputauerat a principio ad missam. Et teneat illā penes alias / ita q̄ visum et intentionem ad omnes simul dirigat et signando et dicendo. Hoc est enim corpus meum / omnes cogitet quas demonstrauerat. Cōsulimus quoq̃z vt canonem presbyter memoriter sciat / quia deuotius dicitur. Semper tamē liber habeatur / vt ad ipsum memoriter recurratur.

¶ Quinta est vt dum sumat nunq̃z vno haustu calicem sumat / ne propter impetum tussis inopinate occurrat / sed bis vel ter caute sumat vt impedimentum nullum habeat. Si vero plures hostias debet sumere vt q̄n hostia est renouanda / primo sumat eā quam confecit et sanguinem / post hoc alias superstites / suam prius sumat q̃z alias / quia de sua credit et scit / de aliis credit et nescit. Demū desup ablutiones / et non prius.

¶ Sexta est / vt paucorum nominibus se astringat in canone nec perpetuo / sed q̃zdiu velit faciat / quando velit omittat / quia canon de multitudine nominum prolixatur / et per hoc cogitatio distrahitur. Dignum tamen est vt pater mater frater et soror ibi nominentur. Et si qui pro tempore commendantur / et specialiter pro quibus missa celebratur / non tamen ibi fiat vocalis expressio sed mentalis.

¶ Septima est / ante missam non os vel dentes lauet / sed tm̄ labia exterius ore clauso (si indiget) ne forte aquam gustu cum saliua immittat. Post missam etiam caueat excreationes quantum potest / donec comederit et biberit / ne forte aliquid inter dentes remaneat aut in faucibus / quod excreando emitteretur.

¶ Quamuis aūt missa deuotissime

sit celebranda contemplationis cau-
sa/est tñ modus habendus/ne pro tra
ctione nimia vel acceleratione fiat ho-
mo notabilis. Nam acceleratio signũ
est incurie. Protractio est occasio de-
tractionis sed medio tutissimus ibis.
Eo aũt affectu est quelibet missa habẽ-
da et dicẽda a quocũqz sacerdote/qua-
si prima dicatur et nunqz amplius sit
dicenda/tam magnum enim donum
semper debet esse notũ. Habeat itaqz
sacerdos diligentiam ad conficiendũ/
reuerentiam ad tangendum/et deuo-
tionem ad sumendum. Sic sentien-
do et agendo digne tractabitur sacra-
mentum/rite peragitur officium atqz
pericula et scandala euitabuntur.

¶ Item in collectis dicendis semper
impar numerus obseruetur. Vna ꝓ-
pter vnitatem deitatis/ Tres propter
trinitatem personarum. Quinqz ꝓ-
pter quinqz partitam passionem chri-
sti/ Septem propter septiformem gra
tiam spiritussancti/ septenarium nu-
merum excedere non licet.

¶ Item quandocunqz oratio dirigi-
tur solum ad patrem/ in fine dicatur.
Per dominum nostrũ iesum christũ.
Si vero dirigitur ad patrem et men-
tio filij fit in ipsa/in fine dicatur: Per
eundem dominũ nostrum iesum chri-
stum. Si aũt oratio dirigitur solũ ad
filiũ in fine dicat᷑. Qui cũ deo patre et
sancto spiritu. Et si mentio spiritussctĩ
in quacunqz oratione fiat/in fine di-
catur/ Eiusdem spiritussancti.

Incipiunt cautele ser-uande quid agendũ sit cir-ca defect⁹ vel causas q̄ oriri possunt i missa: ⁊ p̄sertiz cir-ca cõsecrationẽ eucharistie.

SI sacerdos deficiat siue moria-
tur ante canonem non est ne-
cesse vt alius missam compleat:
si tamen alius vult celebrare/debet ab
initio missam reincipere/ et totum ri-
tum peragere. Si aũt in canone de-
ficiat factis iam aliquibus signis/ ta-
men aũ transsubstantiationẽ et conse-
crationem sacramenti/ tunc alius sa-
cerdos et ab illo loco vbi ille dimisit
debet reincipere et tm̃ illud supplere
quod omissum est.

¶ Si autem sacerdos in actu conse-
crationis deficiat verbis aliquibus iã
in parte prolatis/sed in toto non com
pletis/secundum Innocentium ali-
us sacerdos debet incipere ab illo loco.
Qui pridie.

¶ Si tñ sacerdos deficiat consecrato
corpore/sed non sanguine alius sacer-
dos compleat consecrationem sangui-
nis/incipiens ab illo loco. Simili mõ.

¶ Si consecrato corpore percipiat vi-
nũ non esse in calice/debet hostia mũ-
de reponi in corporali/ et calice prepa-
rato incipiat ab illo loco. Simili mõ.

¶ Si ante consecrationem sanguinis
percipiat aquam non esse in calice/de-
bet statim apponere et conficere.

¶ Si autem post consecrationẽ sanguinis percipit ꝙ aqua desit in calice/ debet nihilominus procedere/ nec debet miscere aquam cũ sanguine/ quia pro parte sequeretur corruptio sacramenti. Debet tamen sacerdos dolere et puniri.

¶ Si post consecrationem sanguinis percipiat ꝙ vinum non fuerit positũ sed aqua tm̃ in calice/ siquidẽ hoc percipit ante sumpsionem corporis/ debet aquã deponere et imponere vinũ cum aqua/ et resumere consecrationẽ sanguinis ab illo loco. Simili modo.

¶ Si percipiat hoc post sumptionem corporis debet apponere de nouo aliã hostiam iterũ cũ sanguine consecrandã secundũ doctores in sacra pagina. Debet autẽ resumere verba consecrationis ab illo loco. Qui pridie. In fine aũt iterũ debet sumere hostiam illã vltimo consecratã/ non obstante si prius sumpsit aquam et etiã illum sanguinem. Innocentius tamen dicit/ ꝙ si ex prolongatiõe sacerdos timeat scãdalum ꝙ sufficiunt tantũ illa verba per que consecrat̃ sanguis scilicet. Simili modo. Et sic sumere sanguinẽ.

¶ Quid aũt faciet cũ aquam sumpto corpore iam habet in ore/ et iam primo sentit ꝙ sit aqua/ vtrum debeat eã deglutire vel emittere. Require in summa hosti. in ti. de cele. mis. Tutius tamen est eam deglutire q̃z emittere/ et hoc ideo/ ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

¶ Item si sacerdos post consecrationem recordetur se non esse ieiunũ/ vel cõmisisse aliqđ peccatum/ vel esse excõmunicatum debet nihilominus procedere cũ proposito satisfaciẽdi et absolutionem impetrandi.

¶ Si ante consecrationẽ recordetur predictorũ/ tũc tutius est missam inceptam deserere et absolutionem petere/ nisi inde graue scandalum oriatur.

¶ Item si musca vel aranea vel aliquid talium ante consecrationẽ in calicem ceciderit/ vel etiam venenũ immissum fore deprehẽderit/ vinum debet effundi quod est in calice/ et abluto calice aliud vinum cum aqua poni ad consecrandum.

¶ Sed si aliquod horũ post consecrationẽ acciderit/ debet musca vel aranea vel aliquid taliũ caute capi/ et inter digitos pluries lauari/ et vermis cõburi/ et ablutio cum cineribus vermis combusti in sacrario reponi. venenum aũt nullo modo debet sumi/ sed cũ reliquijs debet sanguis talis cui venenum est immissum in vasculo mũdo conseruari. Et ne sacramentũ maneat imperfectum/ debet calicem denuo rite preparare/ et resumere consecrationem sanguinis ab isto loco. Simili modo.

¶ Et nota/ ꝙ secundum doctores nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti.

¶ Item si sacerdos non recolit se dixisse aliquod horum que debuit dicere/

non debet mente turbari. nam eiꝰ qui multa dicit semper oīa recolit que dixit. Etiā si sibi pro certo constat ꝙ aliqua omiserit / si talia non sunt de necessitate conficiendi sacramentū / sicut sunt secrete vel aliqua verba canonis / vltra procedat nec aliquid resumat. Si tamen probabiliter sibi constat ꝙ omisit aliquid qđ sit de necessitate sacramenti / sicut formam verborum per quā cōsecratur omnia verba consecrationis super suam materiam resumere debet / quia alias cōsecratio facta non esset qđ tamen non oportet si pretermissa esset coniunctio. enim. vel alia verba que precedūt vel sequūt formā que non sunt de ipꝰ substātia.

¶ Si aūt sacerdos dubitaret an aliquod verbū ptinens ad substantiā forme omisisset vel non nullatenus debet seruare formam conditionalē / sed sine temeraria assertione formā totam super suā propriam materiā debet resumere cū hac intentione ꝙ si cōsecratio esset facta nullo modo vellet consecrare / sed si consecratio nō esset facta vellet corpus et sanguinē consecrare.

¶ Item si quis tempore consecrationis ab actuali intentione et deuotione distractus fuerit / nihilominus consecret dummodo intentio habitualis in eo remansit / summo sacerdote scilicet Christo supplente eius defectū.

¶ Item si hostia consecrata propter frigus vel alia de causa labitur sacerdoti in calicē siue ante diuisionem hostie / siue post / non debet eā de sanguine extrahere / nec aliquid propter hoc iterare vel immutare circa celebrationē sacramēti / se procedat insignis / et alijs / ac si haberet eā in manibus.

¶ Si eucharistia ad terram ceciderit locus vbi iacuit radatur / et incineretur p ignē / et cinis iuxta altare cōdat.

¶ Item si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit super tabulam que terre adheret / stilla per sacerdotē lambatur / et locus tabule radatur / et rasura igni comburatur / et cinis iuxta altare cum reliquijs recondatur / et quadraginta diebus peniteat cui hoc acciderit.

¶ Si vero super altare stillauerit calix / sorbeatur stilla et tribus diebus peniteat.

¶ Si vero super lintheum et ad aliud stilla peruenerit / quattuor diebus peniteat.

¶ Si vsqȝ ad tertiū / nouem diebus peniteat.

¶ Si vsqȝ ad quartum stilla sanguinis peruenerit / viginti diebus peniteat / et linthea mina que stilla tetigerit tribus vicibus lauet sacerdos vel dyaconus calice supposito / et ablutio cum reliquijs recondatur.

¶ Item si quis aliquo casu gule eucharistiam euomerit / vomitus ille debet incinerari / et cineres iuxta altare debent recondi. Et si fuerit clericus / monachus / presbyter vel dyaconus quadraginta diebus peniteat. Episco-

pus. lxx. Laicus. xxx. Si vero ex infirmitate euomerit. v. diebus peniteat.

¶ Qui vero non bene custodit sacramentũ/ ita q̄ mus vel aliud animal comedit. xl. diebus peniteat.

¶ Qui aũt perdiderit illud/ vel pars eius ceciderit/ et nõ fuerit inuenta. xxx. diebus peniteat. Eadem penitentia videtur dignus sacerdos per cuius negligentiã putrescũt hostie consecrate.

¶ Dictis autem diebus penitens debet ieiunare/ et a communione et a celebratione abstinere/ pensatis tamen circumstantijs delicti et persone potest minui vel augeri penitentia predicta secundũ arbitrium discreti cõfessoris.

¶ Hoc tamen tenendũ est q̄ vbicũqz inuenitur species sacramẽti integre reuerenter sumende sunt quod si sine periculo fieri non potest. Sunt tamen pro reliquijs reseruande.

¶ Item si hostia vel pars hostie inuẽta fuerit sub palla vel corporali/ et dubitatur si est consecrata vel non/ debet eam post sumptionem sanguinis reuerenter sumere. vt in ti. de cele. miss. plenius inuenies.

¶ Item circa materiam sanguinis/ vide ne sit agresta/ vel vinum ita debile q̄ nullo modo habet speciem vini/ ne sit aqua rubea expssa de panno intincto in vino rubeo ne sit acetum/ vel vinum omnino corruptũ/ ne sit claretum vel vinũ de moris aut malogranatis confectum/ quia veram speciem vini non retinent.

¶ Conficiens cũ vino quod est in via corruptiõis grauissime peccat licet cõficiat/ quoniã retinet speciem vini.

¶ Item cauendum est ne apponatur nisi modicum de aqua quia si tantũ poneretur q̄ speciem vini tolleret non conficeretur.

¶ Item si qua hic desunt/ requirantur in summa et lectura hostieñ. in ti. de celebratione missarũ.

¶ Finis.

¶ Impressum Cracouie p̄
Marcũ Scharffenbergiũ
Bibliopolã Cracouieñ.
opera & impensis proprijs. Anno dñi.
1545.



Bruchis cum erucis uermibus et locustis aut
alia animalia. terram. uel fructus uastancia. uel agros infi-
cientia c sacerdoti romano descripta per [illegible] godolfi dedit
[illegible] dedit
adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Domine exaudi
orationem meam etc. dominus vobiscum etc. Oremus
Preces nostras quesumus domine clementer exaudi ut qui iuste pro peccatis
nostris affligimur istam erucarum uermium [illegible] locustarum aut alio-
rum animalium persecutionem patimur pro tui nominis gloria ab ea misericorditer
liberemur. ut procul a tua potentia expulsi. nulli noceant. et hos cam-
pos. agros. hortos. uel uineas. uel aquas [illegible]
et [illegible] dimittant. [illegible] ex eis [illegible] et [illegible] tue maiestati
deseruiant et nostre necessitati subueniant per dominum nostrum Ihesum Christum
Oratio
Deus scripturus(?) dominus benedictus [illegible] et [illegible] miserator
in [illegible] genere flectit celestia terrestria et infernalia [illegible]
potentiam nos peccatores [illegible] corde ut qui de tua [illegible]
[illegible] per tuam gratiam [illegible] consequamur effectum quatenus has pestiferas
erucas. uermes. locustas aut alia animalia. per nos famulos tuos male-
dictos. maledicas. segreges. segregatos exterminare [illegible]. ut
per tuam clementiam ab hac peste liberati gratiarum [illegible] maiestati tue
libenter referamus per dominum nostrum Ihesum Christum filium tuum qui tecum etc.
Postea exorcismus sequens dicat
exorcizo uos pestiferi uermes. glires. mures seu locuste. aut alia
animalia per deum patrem omnipotentem et Ihesum Christum filium eius et spiritum sanctum
ab utroque procedentem ut confestim recedatis ab hiis campis. agris.
agris. ortis. uel uineis. aut aquis. nec in eis amplius habitetis. sed
ad ea loca transeatis in quibus nemini nocere possitis. pro parte omnipotentis dei
et totius curie celestis. et ecclesie sancte dei. uos maledico et quocumque iueritis
sitis maledicti. deficientes de die in diem in uobis ipsis decrescentes. Ut de
uobis nullo in loco inueniantur necessarie ad salutem et usum humanum
[illegible] prestare dignetur qui uenturus est iudicare uiuos etc.
Oremus
Domine Ihesu Christe qui Iordanis flumen benedixisti et in eodem baptizatus
aquas [illegible] et [illegible] ut clementer salubres efficiantur in remissionem
has aquas [illegible] dignetur [illegible] dare dignetur
[illegible] ut pestilentie ut infirmitatis nec corruptionis remaneant
sed omnia pocula et cibaria in eis efficiant [illegible] ad usum humanum [illegible]
[illegible] sint. ut salutem nostram et gloriam tuo [illegible] per dominum nostrum Ihesum Christum

228

Quod si plaga copia dictarum bestiarum nimium glisceret
fiat coniuratio sive processus ut anno domini 1542
[illegible] et domina nostra [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] non [illegible] [illegible] et [illegible] in campis [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]. sed et seminata per [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] possit [illegible] in processione [illegible] et [illegible] ad loca [illegible]
[illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
agros vel [illegible] [illegible]

Benedictio salis et panis [illegible] [illegible] vel [illegible] seminata
in campis devastata [illegible]

Adiutorium nostrum in nomine domini [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] et [illegible] [illegible]

Oremus

Benedic domine hanc creaturam salis et aque et panis [illegible] et [illegible]
omnes qui [illegible] [illegible] a [illegible] [illegible] per [illegible] dominum nostrum [illegible]
[illegible] quod [illegible] est [illegible] creatura [illegible] et [illegible]
[illegible] qui [illegible] [illegible] per eundem dominum nostrum ihesum christum [illegible]

Benedictio super seminata

Adiutorium nostrum in nomine domini [illegible]

Oremus

Benedicat nos deus deus noster, et [illegible] nostri [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] amplificata [illegible] eius [illegible] [illegible] in exultatione et
[illegible] [illegible] manipulos colligamus per dominum nostrum ihesum christum.

Oratio sancte othilie

Deus illuminator omnium gentium, qui mirabilia opera
tua atque mirabilia virtutis tue potentiam in beata virgi-
ne tua otilia demonstrasti, [illegible] [illegible], cle-
mentia tuam, ut sicut ab illius oculis native ce-
citatis tenebras effugasti, ita nobis miseris et peccatori-
bus corporalis luminis visus gratiam, et aeterne cla-
ritatis gloriam largiaris, per dominum nostrum.

In festo [illegible] in processione ramis

Initium sancti evangelii secundum marcum

Initium evangelii ihesu christi filii david. sicut scriptum est in ezaia
propheta. ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam. qui preparabit
viam tuam ante te. vox clamantis in deserto. parate viam domini.
rectas facite semitas eius. fuit iohannes in deserto baptisans et predi-
cans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. et egrediebatur ad eum
omnis iudee regio et ierosolimite universi. et baptisabant ab illo in iordanis
flumine confitentes peccata sua. et erat iohannes vestitus pilis cameli. et zona
pellicea circa lumbos eius et locustas et mel silvestre edebat et predicabat
dicens. venit fortior me post me. cuius non sum dignus procumbens solvere corri-
giam calciamentorum eius. ego baptizavi vos in aqua. ille vero baptizabit vos
in spiritu sancto

Eadem die ramis in processione [illegible]

Evangelium secundum lucam

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de vice
abia et uxor illi de filiabus aaron. et nomen eius elizabet. erant autem ambo
iusti ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela
et non erat illis filius eo quod esset helizabet sterilis. et ambo processissent in diebus
suis. factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante
deum. secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus
in templum domini. et omnis multitudo populi erat orans foris. hora incensi. apparuit
autem illi angelus domini stans a dextris altaris incensi. et zacharias turbatus
est videns. et timor irruit super eum. ait autem angelus ad illum. ne timeas
zacharia. quoniam exaudita est deprecatio tua. elizabet pariet tibi filium. et voca-
bis nomen eius iohannem. et erit tibi gaudium et exultatio et multi in nativitate
eius gaudebunt. erit enim magnus coram domino. et vinum et siceram non bibet.
et spiritu sancto replebitur adhuc in utero matris sue. et multos filiorum israel convertet
ad dominum deum ipsorum. et ipse precedet ante illum in spiritu et virtute helie. ut
convertat corda patrum in filios. et incredulos ad prudentiam iustorum.
parare domino plebem perfectam

Secretum Othilie secreta

Concede misericors deus nobis, ut hec hostia salutaris, et beate virginis othilie, quam tua natam illuminasti intercessio veneranda, et nostrorum fiat purgatio peccatorum, tueque propiciatio maiestatis atque interiorum exteriorumque nostrorum perfecta illuminatio, et conservatio oculorum. Per dominum nostrum

Complenda

Claritatem mentis et corporis sumpta divina quesumus domine nobis conferant sacramenta, intercessione beate virginis tue othilie, quam nativis ab ea sublata caliginis cecitate, decore oculorum luminis decorasti. Per dominum nostrum

Naprawiał Majchrz 1952



